I R

1565

M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS DE BELLO CIVILI APVD PHARSALIAM Libri X. doctißimis argumentis & Scholijs ornati.

COLONIAE AGRIPPINAE
Excudebatur Gualthero Fabricio I. L.
Anno M. D. LX.

Sum Caroli Ferdinandi Malzan:

Sum Gustavi Freudenhammeri.

SVLPITIANA ARGVMENTA IN Singulos libros.

Primus bella mouens expellit ab urbe ſenatum.
Brunduſij oppugnat Magnum fugat atq; ſecundus.
Tertius exornatq; duces, & Phocida uexat.
Ad Sycorim quartus certat longasq; Salonas.
Quintus ab Heſperijs uictorem mittit in hoſtes.
Clauditur in ſexto pater, & ſtirps conſulit umbras.
Septimus expugnat partes Magnumq; repellit.
Octauus Magni cædem cum funere deflet.
Per Lybicas nono uictos Cato ducit arenas.
Exponit decimus cœnam fraudesq; Photini.

SVLPITII ARGVMENTVM IN primum librum.

Primus habet belli cauſſas, utq; actus ab ira
Præcipiti Cæſar Rubiconis tranſilit undas,
Vicinumq; minax inuadit Ariminum: & inde
Excipit attonita deiectos urbe Tribunos,
Ad bellumq; ſuos animat, reuocatq; cohortes
Auxilium fidum: terror tum ſcribitur urbis,
Et fuga Pompeij, trepidans, pauidiq; ſenatus.
Poſt hæc prodigia, & uatum reſponſa canuntur.

BIBLIOTEKA KÓRNICKA
14006

M. ANNEI LVCANI CORDVBENSIS POETAE CLARISSIMI LIBER PRIMVS.

BELLA per Emathios pluſquam ciuilia campos,
Iuſq; datum ſceleri canimus, populumq; potentem
In ſua uictrici conuerſum uiſcera dextra,
Cognatasq; acies & rupto fœdere regni,
Certatum totis concuſſi uiribus orbis
In commune nefas: infeſtisq; obuia ſignis
Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.
Quis furor ô ciues, quæ tanta licentia ferri,
Gentibus inuiſis Latium præbere cruorem?
Cumq; ſuperba foret Babylon ſpolianda trophæis
Auſonijs, umbraq; erraret Craſſus inulta,
Bella geri placuit nullos habitura triumphos.
Heu quantum terræ potuit pelagiq; parari
Hoc, quem ciuiles hauſerunt ſanguine dextræ:
Vnde uenit Titan, & nox ubi ſydera condit,
Quaq; dies medius flagrantibus æſtuat horis,
Et quà bruma rigens, ac neſcia uere remitti,

Emathia, quæ & Pharſalia, Macedoniæ regio.

Operis per circunitionem propoſitio.

Ciuilium bellorum deploratio cum ob iurgationis acore.

Deploratiõis amplificatio, qua oſtendit totum orbem potuiſſe ſubiugari.

Oriens.
Occidens.
Meridies.
Septentrio.

Astringit Scythicum glaciali frigore Pontum.
Sub iuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes,
Et gens si qua iacet nascenti conscia Nilo.
Tum, si tantus amor belli Romana nefandi,
Totum sub Latias leges commiseris orbem,
In te uerte manus, nondum tibi defuit hostis.
At nunc semirutis pendent quòd inania tectis
Vrbibus Italiæ, lapsisq; ingentia muris
Saxa iacent, nullóq; domus custode tenentur:
Rarus & antiquis habitator in urbibus errat.
Horrida quòd dumis multosq; inarata per annos
Hesperia est, desuntq; manus poscentibus aruis.
Non tu Pyrrhe ferox, nec tantis cladibus author
Pœnus erit: nulli penitus discindere ferro
Contigit: alta sedent ciuilis uulnera dextræ.
Quòd si non aliam uenturo fata Neroni
Inuenêre uiam, magnoq; æterna parantur
Regna deis, cœlumq; suo seruire Tonanti,
Non nisi sæuorum potuit post bella Gigantum.
Iam nihil ô superi querimur, scelera ista nefasq;
Hac mercede placent. diros Pharsalia campos
Impleat, & Pœni saturentur sanguine manes.
Vltima funesta concurrant prælia Munda.
His Cæsar Perusina fames, Mutinæq; labores
Accedant fatis, & quas premit aspera classes
Leucas, & ardenti seruilia bella sub Aetna.

Nilus ostiorum maximus Africã ab Aethiopia separat, Aegyptum inundat.

Italia dicta est Hesperia à stella Hespero, uel ab Hespero rege.

Inuocaturus Neroni assentatur artificio sẽ ironiã intexens.

Munda. Mutina. Apostrophe ad Neronem.

Leucas.

Multum

Multum Roma tamen debet ciuilibus armis,
Quòd tibi res acta est, te (quum statione peracta
Astra petes serus) prælati regia cœli
Excipiet gaudente polo, seu sceptra tenere,
Seu te flammiferos Phœbi transcendere currus,
Telluremq; nihil mutato sole timentem
Igne uago lustrare iuuat. tibi numine ab omni
Cedetur, iuriq; tuo natura relinquet,
Quis Deus esse uelis, ubi regnum ponere mundi.
Sed neq; in Arctoo sedem tibi legeris orbe,
Nec polus aduersi calidus quà uergitur Austri,
Vnde tuam uideas obliquo sydere Romam.
Aetheris immensi partem si presseris unam,
Sentiet axis onus: librati pondera cœli
Orbe tenet medio, pars ætheris illa sereni
Tota uacet, nullæq; obstent à Cæsare nubes.
Tunc genus humanum positis sibi consulat armis,
Inq; uicem gens omnis amet, pax missa per orbem
Ferrea belligeri compescat limina Iani.
Sed mihi iam numen, nec (si te pectore uates
Accipiam) Cyrrhæa uelim secreta mouentem
Sollicitare Deum, Bacchumq; auertere Nisa.
Tu satis ad dandas Romana in carmina uires.
Fert animus caussas tantarum expromere rerum,
Immensumq; aperitur opus, quid in arma furentem
Impulerit populum, qui pacem excusserit orbi.

Summam Deum Neronem post obitum futurum esse præuoscit.

Neronem prę monet ut sedē in australi plaga relictis aliis eligat. Polus dicitur uertex antarcticus meridianus, qui polo arctico est oppositus.

Neroniani numinis inuocatio. Cyrrha oppidum Parnasi. Apollinem significat. Nisa Arabiæ Indiæ urbs. Narraturus attentos facit.

Inuida fatorum series, summisq; negatum
Stare diu: nimioq; graues sub pondere lapsus:
Nec se Roma ferens. sic quum compage soluta
Sæcula tot mundi suprema coëgerit hora,
Antiquum repetens iterum chaos, omnia mixtis
Sydera syderibus concurrent, ignea pontum
Astra petent, tellus extendere littora nollet,
Excutietq; fretum, fratri contraria Phœbe
Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata, diem poscet sibi: totaq; discors
Machina diuulsi turbabit fœdera mundi.
In se magna ruunt: lætis hunc numina rebus
Crescendi posuere modum, nec gentibus ullis
Commodat in populum terræ, pelagiq; potentem
Inuidiam fortuna suam: tu caussa malorum
Facta tribus dominis communis Roma, nec unquam
In turbam missi feralia fœdera regni.
O malè concordes, nimiaq; cupidine cæci,
Quid miscere iuuat uires? orbemq; tenere
In medio? Dum terra fretum, terramq; leuabit
Aër, & longi uoluent titana labores,
Noxq; diem cœlo totidem per signa sequetur:
Nulla fides regni sociis, omnisq; potestas
Impatiens consortis erit, nec gentibus ullis
Credite, nec longè fatorum exempla petantur:
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Magna repente ruunt, summa cadunt subito: Claudianus,

Quia plus habent ponderis ad ruinam quæ sunt cæteris altiora: Lactantius.

Exclamatio in Pompeium Crassum & Cæsarem, qs cupiditatis insimulat.

γνώμη. Regna parem ferre nequeunt.

Romulus Remum occidit

Nec

Nec precium tanti tellus, pontusq; furoris — Synecdoche.
Tunc erat: exiguum dominos commisit asylum.
Temporis angusti mansit concordia discors,
Paxq; fuit non sponte ducum: nam sola futuri
Crassus erat belli medius mora. qualiter undas — Similitudo.
Qui secat & geminũ gracilis mare separat Isthmos,
Nec patitur conferre fretum si terra recedat
Ionium Aegeo franget mare: sic ubi sæua
Arma ducum dirimens miserando funere Crassus — Similitudinis cooptatio.
Assyrias Latio maculauit sanguine Carras:
Parthica Romanos soluerunt damna furores. — Carræ Assyriæ ciuitas.
Plus illa uobis acie, quàm creditis, actum est
Arsacidæ, bellum uictis ciuile dedistis. — Arsaces rex Persarum, à quo Arsacidæ Persæ.
Diuiditur ferro regnum, populiq; potentis
Quæ mare, quæ terras, quæ totum possidet orbem,
Non cepit fortuna duos. nam pignora iuncti
Sanguinis, & diro ferales omine tædas
Abstulit ad manes Parcarum Iulia, sæua
Intercepta manu. quòd si tibi fata dedissent — Apostrophos sermo ad Iuliam Cæsaris filiã & Pompeij uxorem.
Maiores in luce moras, tu sola furentem
Inde uirum poteras, atq; hinc retinere parentem.
Armatasq; manus excusso iungere ferro,
Vt generos soceris mediæ iunxere Sabinæ.
Morte tua discussa fides, bellumq; mouere
Permissum ducibus stimulos dedit æmula uirtus. — Pacis iactura ex Iuliæ obitu.
Tu noua ne ucteres obscurent facta triumphos,

Et uictis cedat pyratica laurea Gallis,
Pompeius à Sylla, cum ab Africa reuerteretur, Magnus est appellatus.
Magne times: te iam series ususq; laborum
Erigit, impatiensq; loci fortuna secundi.
Nec quenquam iam ferre potest, Cæsar'ue priorem,
Pompeius'ue parem. quis iustius induit arma
Scire nefas, magno se iudice quisq; tuetur.
Victrix causſa deis placuit, sed uicta Catoni.
Inter Cæsarẽ & Pompeium discrimẽ, & dissimiles utriusq; mores.
Nec coïere pares: alter uergentibus annis
In senium, longoq; togæ tranquillior usu
Dedidicit iam pace ducem. famæq; petitor
Multa dare in uulgus, totus popularibus auris
Pōpeij mores
Impelli, plausuq; sui gaudere theatri:
Gloriæ in Pōpeio auditas
Nec reparare nouas uires, multumq; priori
Pompeium quercui anno
Credere fortunæ. stat magni nominis umbra:
fæ confert.
Qualis frugifero quercus sublimis in agro
Exuuias ueteres populi, sacrataq; gestans
Dona ducem, nec iam ualidis radicibus hærens
Pondere fixa suo est: nudosq; per aëra ramos
Effundens trunco non frondibus efficit umbram:
Cæsar in omni re se esse primum uolebat.
Et quamuis prima nutet cæsura sub Euro,
Tot circùm syluæ firmo se robore tollant,
Cæsaris mores.
Sola tamen colitur. sed non in Cæsare tantùm
Ira & furor præceps in Cæsare, acuindica.
Nomen erat, nec fama ducis: sed nescia uirtus
Stare loco: solusq; pudor non uincere bello.
Acer, & indomitus, quò spes, quoq; ira uocasſet,
Ferre manum, & nunquã temerando parcere ferro:

Successus

Successus urgere suos, instare fauori
Numinis: impellens quicquid sibi summa petenti
Obstaret, gaudensq; uiam fecisse ruina.
Qualiter expressum uentis per nubila fulmen
Aetheris impulsi sonitu, mundiq; fragore
Emicuit, rupitq; diem, populosq; pauentes
Terruit, obliqua perstringens lumina flamma:
In sua templa furit, nullaq; exire uetante
Materia, magnamq; cadens, magnamq; reuertens
Dat stragem late, sparsosq; recolligit ignis.
Hæ ducibus causſæ superant, sed publica belli
Semina, quæ populos semper mersere potentes.
Nanq; ut opes nimias mundo fortuna subacto
Intulit, & rebus mores cessere secundis,
Prædaq; & hostiles luxum suasere rapinæ:
Non auro tectis ue modus, mensasq; priores
Aspernata fames, cultus gestare decoros
Vix nuribus rapuere mares. fœcunda uirorum
Paupertas fugitur: totoq; accersitur orbe
Quo gens quæq; perit. tum longos iungere fines
Agrorum, & quondam duro sulcata Camilli
Vomere, & antiquos Curionum passa ligones,
Longa sub ignotis extendere rura colonis.
Non erat is populus, quem pax tranquilla iuuaret,
Quem sua libertas immotis pasceret armis.
Inde iræ faciles: & quod suasisset egestas,

Dicitur quippiam urgere suos successus, quando fortunam & prosperitatẽ cœptam non patitur languescere. Perquam scite Cæsarem fulmini comparat.

Strages congregatio corporum mortuorum. Belli causſa quę ex publicis Romanorum bonis emersit. Luxus Romanorũ insectanter à poeta notatur, q mensas pricę frugalitatis fastidientes mensarum citrearum usum ab extrema Mauritania petebant: quarum præstantia cõmendat Martialis: Accipe felices Atlantia munera tylas.

Vile nefas: magnumq; decus, ferroq; petendum
Plus patria potuisse sua, mensuraq; iuris
Vis erat. hinc leges, & plebiscita coactæ,
Et cum Consulibus turbantes iura Tribuni.
Hinc rapti fasces precio, sectorq; fauoris
Ipse sui populus, letalisq; ambitus urbi
Annua uenali referens certamina campo.
Hinc usura uorax, auidumq; in tempore fœnus,
Et concussa fides, & multis utile bellum.
Iam gelidas Cæsar cursu superauerat Alpes,
Ingentesq; animo motus, bellumq; futurum
Cœperat: ut uentum est parui Rubiconis ad undas
Ingens uisa duci patriæ trepidantis imago,
Clara per obscuram uultu mœstissima noctem,
Turrigero canos effundens uertice crines
Cæsarie lacera, nudisq; astare lacertis:
Et gemitu permixta loqui: Quò tenditis ultrà
Quò fertis mea signa uiri? si iure uenitis,
Si ciues, huc usq; licet. tunc perculit horror
Membra ducis, riguere comæ, gressumq; coërcens
Languor in extrema tenuit uestigia ripa.
Mox ait: O magnæ qui mœnia prospicis urbis
Tarpeïa de rupe tonans, Phrygijq; penates
Gentis Iuleæ, & rapti secreta Quirini,
Et residens celsa latialis Iuppiter Alba,
Vestalesq; foci, summiq; numinis instar

Annosam si forte nucem deiecerit Eurus.

Narratio, qua ostenditur Cæsarem, cum oīa uideret contra dignitatem agi, ex Gallia trāsijt in Italiam.

Rubicon flumen inter Ariminum & Rauennam, ubi imago uisa Cæsari.

Roma ad suos milites per prosopopœiā.

Cæsaris purgatio per Iouis inuocationem.

Roma faue ceptis: non te furialibus armis
Perſequor: en adſum victor terrásq; mariq;,
Cæſar ubiq; tuus, liceat modò nunc quoq; miles
Ille erit ille nocens, qui me tibi fecerit hoſtem.
Inde moras ſoluit belli, tumidumq; per amnem
Signa tulit properè. ſicut ſquallentibus aruis
Aeſtiferæ Lybies uiſo leo cominus hoſte
Subſedit dubius, totam dum colligit iram:
Mox ubi ſe ſæuæ ſtimulauit uerbere caudæ,
Erexitq; iubas, uaſto & graue murmur hiatu
Infremuit, tum torta leuis ſi lancea Mauri
Hæreat, aut latum ſubeant uenabula pectus,
Per ferrum tanti ſecurus uulneris exit.
Fonte cadit modico, paruiſq; impellitur undis
Puniceus Rubicon, quum feruida canduit æſtas,
Perq; imas ſerpit ualles, & Gallica certus
Limes ab Auſonijs diſterminat arua colonis.
Tum uires præbebat hyems, atq; auxerat undas
Tertia iam grauido pluuialis Cynthia cornu:
Et madidis Euri reſolutæ flatibus Alpes.
Primus in obliquum ſonipes opponitur amnem
Excepturus aquas, molli tum cætera rumpit
Turba uado faciles iam fracti fluminis undas.
Cæſar ut aduerſam ſuperato gurgite ripam
Attigit, Heſperiæ uetitis & conſtitit aruis,
Hîc ait, hîc pacem, temeratáq; iura relinquo:

Cæſar iter ſuũ proſequitur. Comparatio.

Rubicon puniceus dicitur fluuius habẽs undas & arenas puniceas, hoc eſt, rufas. Fluuij Rubiconis deſcriptio.

Luna dicitur Cynthia à mõte Cyntho in inſula Delo, ubi nata dicitur.

Alpes, ut inqt feſt. ab alpho q candidum ſignificat dictæ ſunt.

Cæſa, ſermo.

Te ſpr-

Te fortuna sequor: procul hinc iam fœdera sunto:
Credidimus fatis: utendum est iudice bello.
Sic fatus, noctis tenebris rapit agmina ductor
Impiger, & torto Baletris uerbere fundæ
Ocyor: & missa Parthi post terga sagitta:
Vicinumq; minax inuadit Ariminum: & ignes
Solis lucifero fugiebant astra relicto.
Iamq; dies primos belli uisura tumultus
Exoritur: seu sponte deûm, seu turbidus Auster
Impulerat, mœstam tenuerunt nubila lucem.
Constitit ut capto iussus deponere miles
Signa foro, stridor lituum, clangorq; tubarum,
Non pia concinuit cum rauco classica cornu.
Rupta quies populis, stratisq; excita iuuentus
Diripitur sacris affixa penatibus arma,
Quæ pax longa dabat, nuda iam crate fluentes
Inuadunt clypeos, curuataq; cuspide pila,
Et scabros nigræ morsu rubiginis enses.
Vt notæ fulsere aquilæ, Romanaq; signa,
Et celsus medio conspectus in agmine Cæsar,
Diriguere metu, gelidus pauor alligat artus,
Et tacitos muto uoluunt in pectore questus.
O male uicinis hæc mœnia condita Gallis,
O tristi damnata loco, pax alta per omnes,
Et tranquilla quies populos: nos præda furentum,
Primaq; castra sumus: melius fortuna dedisses

Orbe

Baleares Hispanicæ insulæ.

Oppugnat Cæsar Ariminũ.

Clypeus à γλύφειν dictũ est, quod est sculpere, illis enim affigebantur imagines.

Ariminẽsium obsessorũque sius cõmiserationis pleni.

Orbe ſub Eoo ſedem, gelidáq; ſub Arcto,
Errantesq; domos, Latij quem clauſtra tueri.
Nos primi Senonum motus, Cimbrumq; furentem
Vidimus. & Martem Lybies, curſumq; furoris
Teutonici: quoties Romam fortuna laceſſit,
Hàc iter eſt bellis. gemitu ſic quiſq; latenti
Non auſus timuiſſe palàm, uox nulla dolori
Credita: ſed quantum (uolucres cùm bruma coërcet)
Rura ſilent, mediusq; iacet ſine murmure pontus:
Tanta quies. noctis gelidas lux ſoluerat umbras,
Ecce faces belli, dubiæq; in prælia menti
Vrgentes addunt ſtimulos, cunctasq; pudoris
Rumpunt fata moras, iuſtos fortuna laborat
Eſſe ducis motus, & cauſſas inuenit armis.
Expulit ancipiti diſcordes urbe Tribunos,
Victo iure minax iactatis curia Gracchis.
Hos iam mota ducis, uicinaq; ſigna petentes
Audax uenali comitatur Curio lingua.
Vox quondam populi, libertatemq; tueri
Auſus, & armatos plebi miſcere potentes.
Vtq; ducem uarias uoluentem pectore curas
Conſpexit: Dum uoce tuæ potuere iuuari
Cæſar ait partes, quamuis nolente ſenatu
Traximus imperium tunc, cùm mihi roſtra tenere
Ius erat, & dubios in te transferre Quirites.
At poſtquam leges bello ſiluere coactæ,

Senones Galli, Cimbri Teutonicos.

Cõparatio ſilentij Arimi-nenſium ſilen tio ruris.

Curio Cæſari cõciliatur, cui ante aduerſa tus fuerat, & plebeias partes fouerat. Artificioſa Curionis ad Cæſarem ora tio.

Pelli-

Lares sunt dij familiares: dicti à matre Lara.

Pellimur è patrijs laribus, patimurq; uolentes
Exilium. tua nos faciat uictoria ciues,

Sententia, nam ad cras te differre nocet.

Dum trepidant nullo firmatæ robore partes.
Tolle moras. semper nocuit differre paratis:

Instigat Curio Cæsarē ut aduersus Romanos bella incat.

Par labor atq; metus precio maiore petuntur.
Bellantem geminis tenuit te Gallia lustris
Pars quota terrarum, facili si prælia pauca
Gesseris euentu, tibi Roma subegerit orbem.
Nunc neq; te longi remeantem pompa triumphi
Excipiti haud sacras poscunt capitolia lauros.
Liuor edax tibi cuncta negat: gentesq; subactas
Vix impunè feres: socerum depellere regno
Decretum est genero, partiri non potes orbem,
Solus habere potes. sic postquam fatus, & ipsi
In bellum prono: tantum tamen addidit iræ,

Similitudo.

Accenditq; ducem, quantum clamore iuuatur
Eleus sonipes, quamuis iam carcere clauso
Immineat foribus, pronusq; repagula laxet.
Conuocat armatos extemplò ad signa maniplos,
Vtq; satis tepidum turba coëunte tumultum

Oratio Cęsaris ad suos in genere deliberatiuo & demonstratiuo.

Composuit: uultu, dextraq; silentia iussit:
Bellorum ô socij, qui mille pericula Martis
Mecum (ait) experti decimo iam uincitis anno:
Hoc cruor Arctois meruit diffusus in aruis,
Vulneraq;, & mortes, hyemesq; sub Alpibus actæ:
Non secus ingenti bellorum Roma tumultus

Con-

Concutitur: quàm si Pœnus transcenderet Alpes
Hannibal: implentur ualido tyrone cohortes:
In classem cadit omne nemus: terráq; mariq;
Iussus Cæsar agi. quid? si mihi signa iacerent
Marte sub aduerso, ruerentq; in terga feroces
Gallorum populi? nunc cùm fortuna secundis
Mecum rebus agat, superiq; ad summa uocantes
Tentamur: ueniat dux longa pace solutus
Milite cum subito: partesq; in bella Togatæ,
Marcellusq; loquax, & nomina uana Catonis.
Scilicet extremi Pompeium, emptiq; clientes
Continuò per tot sociabunt tempora regnos?
Ille reget currus nondum patientibus annis,
Ille semel raptos nunquam dimittet honores?
Quid iam rura querar totum suppressa per orbem
Ad iussam seruire famem? quis castra timenti
Nescit mixta foro? gladij cùm triste minantes
Iudicium insolita trepidum cinxere corona.
Atq; auso medias perrumpere milite leges
Pompeiana reum clauserunt signa Milonem.
Nunc quoq; ne lassum teneat priuata senectus,
Bella nefanda parat, suetus ciuilibus armis,
Et docilis Syllam scelerum uicisse magistrum.
Vtq; feræ tigres nunquam posuere furorem,
Quas nemore Hircano matrum dum lustra sequuntur
Altus cæsorum pauit cruor armentorum:

Tyro ualidus dicitur robustus siue nouus miles.

Catonem ueteres eum appellabant, cui plurimarum rerũ usus & experientia inerat, autore Plutarcho. Pompeium in odium adducit.

Cum urbs Romana annonæ difficultate p̃meretur, Põpeius frumentariæ dux designatus est, diuersaq; in loca legatos mittens in Sardiniã Siciliã atq; Africam nauigauit, magnamq; uim frumenti comparauit, quo urbem repleuit, Plutarchus.

Sic

Sic & Syllanum ſolito tibi lambere ferrum
Durat Magne ſitis, nullus ſemel ore receptus
Pollutas patitur ſanguis manſueſcere fauces.
Quem tamen inueniet tam longa potentia finem?
Quis ſcelerũ modus eſt? ex hoc iã te improbè regno
Ille tuus ſaltem doceat diſcedere Sylla.
Poſt Cilicas'ne uagos, & laſſi Pontica regis
Prælia, barbarico uix conſummata ueneno,
Vltima Pompeio dabitur prouincia Cæſar?
Quòd non uictrices aquilas deponere iuſſus
Paruerim: mihi ſi merces erepta laborum eſt,
Locus eõmiſerationis militum animos ad bellum excitans.
His ſaltem longi (non me duce) premia belli
Reddantur: miles ſub quolibet iſte triumphet:
Conferet exanguis quò ſe poſt bella ſenectus?
Emeriti dicũtur qui obierunt legitimũ militiæ munus.
Quæ ſedes erit emeritis? quæ rura dabuntur,
Quæ noſter ueteranus aret? quæ mœnia feſſis?
An meliùs fient pyratæ Magne coloni?
Tollite iampridem uictricia tollite ſigna:
Orationis concluſio.
Viribus utendum eſt, quas fecimus: arma tenenti
Omnia dat, qui iuſta negat: nec numina deſunt.
Nam neq; præda meis, neq; regnum quæritur armis,
Detrahimus dominos urbi ſeruire paratæ.
Dixerat. at dubium non claro murmure uulgus
Cæſaris oratione bellum militibus perſuaſum eſt
Secum incerta fremit: pietas, patrijq; penates
Quanquam cæde feras mentes, animosq; tumentes
Frangunt: ſed diro ferri reuocantur amore,

Ducto-

Ductorisq; metu. summi tum munera pili
Lælius, emeritiq; gerens insignia doni,
Seruati ciuis referentem præmia quercum,
Si licet (exclamat) Romani maxime rector
Nominis, & ius est ueras expromere causas,
Quòd tam lenta tuas tenuit patientia uires,
Conquerimur: aderat' ne tibi fiducia nostri?
Dum mouet hæc calidus spirantia corpora sanguis,
Et dum pila ualent fortes torquere lacerti,
Degenerem patiere togam, regnumq; senatus?
Vsqueadeò miserum est ciuili uincere bello?
Duc age per Scythiæ populos, per inhospita Syrtis
Littora: per calidas Lybies sitientis arenas.
Hæc manus, ut uictum post terga relinqueret orbem,
Oceani tumidas remò compescuit undas,
Fregit & Arctoo spumantem uertice Rhenum.
Iussa sequi tam posse mihi, quàm uelle necesse est.
Nec ciuis meus est, in quem tua classica Cæsar
Audiero. per signa decem felicia castris,
Perq; tuos iuro quocunq; ex hoste triumphos,
Pectore si fratris gladium, iugulòq; parentis
Condere me iubeas, plenæq; in uiscera partu
Coniugis in uita peragam tamen omnia dextra.
Si spoliare deos, ignemq; immittere templis,
Numina miscebit castrensis flamma monetæ.
Signa super Thusci si ponere Tybridis undas,

Orationis Lælij exordium in Cæsarem.

Sese deuouet Lælius Cæsaris obsequio.

Multa quidē uolunt homines quæ obire non possunt.

Hesperios audax ueniam metator in agros.
Tu quoscunq; uoles in planum effundere muros,
His aries actus disperget saxa lacertis,
Illa licèt penitus tolli quam iusseris urbem
Roma sit. His cunctæ simul assensere cohortes,
Elatasq; altè quæcunq; ad bella uocaret
Promisere manus. it tantus ad æthera clamor,
Quantus pinniferæ Boreas cùm Thracius Ossæ
Rudibus incubuit, curuato robore pressæ
Fit sonus, aut rursus redeuntis in æthera syluæ.
Cæsar ut acceptum tam prono milite bellum,
Fataq; ferre uidet, ne quo languore moretur
Fortunam: sparsas per Gallica rura cohortes
Euocat, & Romam motis petit undiq; signis.
Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno,
Castraq;, quæ Vogesi curuam super ardua ripam
Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.
Hi uada liquerunt Isaræ, qui gurgite ductus
Per tam multa suo fama maioris in amnem
Lapsus ad æquoreas nomen non pertulit undas.
Soluuntur flaui longa statione Rutheni.
Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas,
Finis & Hesperiæ promoto milite Varus.
Quaq; sub Herculeo sacratus nomine portus
Vrget rupe caua pelagus: non Corus in illum
Ius habet, aut Zephyrus, solus sua littora turbat
Circius,

Milites se addicunt Cæsari Lælij oratione persuasi.

Comparatio.

Ad Romæ obsidium Cæsar properat.

Lemannus Galliæ lacus prope Gebennam.

Lingones pugnaces.

Isaræ fluminis descriptio.

Ruthenipopuli Narbonẽsis prouinciæ.

Atax & Varus flumina.

Corus qui & Caurus dicitur.

Circius, & tuta prohibet ſtatione Monœchi,
Quáq; iacet littus dubium, quod terra fretumq;
Vendicat alternis uicibus, cùm funditur ingens
Oceanus, uel quum refugis ſe fluctibus aufert
Ventus, ab extremo pelagus ſic axe uolutet,
Deſtituatq; ferens, an ſydere mota ſecundo
Tethyos unda uagæ lunaribus æſtuet horis,
Flammiger an Titan ut alentes hauriat undas,
Erigat Oceanum, fluctusq; ad ſydera tollat.
Quærite quos agitat mundi labor: at mihi ſemper
Tu quæcunq; moues tam crebros cauſſa meatus
(Vt ſuperi uoluere) lates. tunc rura Nemetis
Qui tenet, & ripas Satyri, quà littore curuo
Molliter admiſſum claudit Tarbellicus æquor:
Signa mouet, gaudetq; amoto Santonus hoſte,
Et Biturix, longisq; leues Saxones in armis,
Optimus excuſſo Leucus, Rhemusq; lacerto,
Optima gens flexis in gyrum Sequana frænis,
Et docilis rector monſtrati Belga Couini,
Arueniq; auſi Latios ſe fingere fratres
Sanguine ab iliaco populi, nimiumq; rebellis
Neruius, & cæſi pollutus ſanguine Cottæ:
Et qui te laxis imitantur Sarmata brachis
Vangiones, Batauiq; truces, quos ære recuruo
Stridentes acuere tubæ, quà Cinga pererrat
Gurgite, quà Rhodanus raptum uelocibus undis

Circius ſeptẽtrionalis uentus.

Apoſtrophe ad philoſophos.

Nemetes Germaniæ populi.

Tarbelli populi Aquitaniæ.

Loca unde diſceſſere milites per catalogum memorantur.

Bituri qui & Bituriges uocantur.

Saxones Germaniæ populi.

Belgæ populi Galliæ. Couinus Britannicus currus.

Vangiones & Batani Germaniæ populi

Arar Burgundorum fluuius, qui & Sagona uocatur.

In mare fert Ararim, qua montibus ardua summis
Gens habitat cana pendentes rupe Gebennas.
Tu quoq; lætatus conuerti prælia Treuir,
Et nunc tonse Ligur, quondam per colla decora
Crinibus effusis toti prælate Comatæ.

Hesus à quibusdã Mars, à Cicerone Aristeus Apollinis filius putabetur.

Et quibus immitis placatur sanguine diro
Theutates, horrensq; feris altaribus Hesus:

Taranis Gallica lingua Iupiter.

Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.

Bardi musicæ & poesi studẽtes à Gallis.

Vos quoq; qui fortes animas, belloq; peremptas
Laudibus in longum uates demittitis æuum,
Plurima securi fudistis carmina Bardi.

Dryidæ Galli religiose uiuentes.

Et uos barbaricos ritus, moremq; siniſtrum
Sacrorum Dryidæ positis repetistis ab armis.
Solis nosse deos, & cœli numina uobis,
Aut solis nescire datum, nemora alta remotis
Incolitis lucis: uobis authoribus umbræ
Non tacitas Erebi sedes, Ditisq; profundi
Pallida regna petunt: regit idem spiritus artus
Orbe alio: longæ (canitis si cognita) uitæ
Mors media est: certè populi quos despicit Arctos
Felices errore suo, quos ille timorum

Mortem non uerẽtur Dryidæ, animum immortalem censentes.

Maximus haud urget lethi metus: inde ruendi
In ferrum mens prona uiris, animæq; capaces
Mortis, & ignauum est redituræ parcere uitæ.

Caici gens Germanica.

Et uos crinigeros bellis arcere Caicos
Oppositi petitis Romam, Rhenumq; feroces

Descri-

Deseritis ripas, & apertum gentibus orbem.
Cæsar (ut immensæ collecto robore uires
Audendi maiora fidem fecere) per omnem
Spargitur Italiam, uicinaq; mœnia complet.
Vana quoq; ad ueros accessit fama timores,
Irrupitq; animos populi, clademq; futuram
Intulit, & uelox properantis nuncia belli
Innumeras soluit falsa in præconia linguas.
Est qui (tauriferis ubi se Meuania campis
Explicat) audaces ruere in certamina turmas
Afferat, & quà Nar Tyberino illabitur amni
Barbaricas sæui discurrere Cæsaris alas,
Ipsum omnes aquilas, collataq; signa ferentem
Agmine non uno, densisq; incedere castris:
Nec qualem meminere uident: maiorq; feroxq;
Mentibus occurrit, uictoq; immanior hoste.
Hunc inter Rhenum populos, alpesq; iacentes:
Finibus Arctois, patriaq; à sede reuulsos
Ponè sequi, iussamq; feris à gentibus urbem
Romano spectante rapi. sic quisq; pauendo
Dat uires famæ, nulloq; authore malorum
Quæ finxere timent: nec solùm uulgus inani
Perculsum terrore pauet, sed curia & ipsi
Sedibus exiliêre patres, inuisaq; belli
Consulibus fugiens mandat decreta senatus.
Tunc quæ tuta petent, & quæ metuenda relinquant

Bono ordine post collectũ exercitum copiosum cõmemoratquidnã Cæsar egerit. Totam Cæsar Italiambellis implet.

Meuania Vmbrorũ urbs.

Nar Sabinorum fluuius. Equitum alæ dicũtur ab eo q̃ ad similitudinem alarũ ab utraq; parte protegant acies: Peditũ uero dicuntur cohortes.

Prosequitur fugam senatus, ostendẽs q̃d metus & subita mentis consternatio possit.

Incerti, quò quenq; fugæ tulit impetus, urget
Præcipitem populum, serieq; hærentia longa
Agmina prorumpunt. credas aut tecta nefandas
Corripuisse faces, aut iam quatiente ruina
Nutantes pendere domos: sic turba per urbem
Præcipiti lymphata gradu (uelut unica rebus
Spes foret afflictis patrios excedere muros)
Inconsulta ruit: qualis cum turbidus Auster
Comparatio. Reppulit à Lybicis immensum syrtibus æquor,
Fractaq; ueliferi sonuerunt pondera mali,
Desilit in fluctus deserta puppe magister,
Nauitaq;, & nondum sparsa compage carinæ
Naufragium sibi quisq; facit: sic urbe relicta
In bellum fugitur: nullum iam languidus æuo
Parens nõ so lũ de patre & matre dicitur sed de auo & proauo, auia & proauia. Eualuit reuocare parens, coniunx ue maritum
Fletibus: haud patrij (dubiæ dum uota salutis
Conciperent) tenuere lares, nec limine quisquam
Hæsit, & extremo tunc forsitan urbis amatæ
Plenus abit uisu ruit irreuocabile uulgus.
Per amplificationem exclamat. O faciles dare summa deos, eademq; tueri
Difficiles, urbem populis uictisq; frequentem
Gentibus, & generis (coëat si turba) capacem
Humani, facilem uenturo Cæsare prædam
Ignauæ liquere manus, cùm pressus ab hoste
Vallo, id est, munimẽto ex uallis facto. Clauditur externis miles Romanus in oris.
Effugit exiguo nocturna pericula uallo,

Et

Et subitus rapti munimine cespitis agger
Præbet securos intra tentoria somnos.
Tu (tantùm audito bellorum nomine) Roma
Desereris, nox una tuis non credita muris.
Danda tamen uenia est tantorum danda parorum,
Pompeio fugiente timent: tum ne qua futuri
Spes saltem trepidas mentes leuet, addita fati
Peioris manifesta fides, superiq; minaces
Prodigijs terras implerunt, æthera, pontum.
Ignota obscuræ uiderunt sydera noctes,
Ardentemq; polum flammis, cœloq; uolantes
Obliquas per inane faces, crinemq; timendi
Syderis, & terris mutantem regna Cometen
Fulgura fallaci micuerunt crebra sereno,
Et uarias ignis denso dedit aëre formas.
Nunc iaculum longo, nunc sparso lumine lampas,
Emicuit cœlo tacitum sine nubibus ullis
Fulmen, & Arctois rapiens de partibus ignem
Percussit latiale caput, stellæq; minores
Per uacuum solitæ noctis decurrere tempus
In medium uenere diem, cornuq; coacto
Iam Phœbe toto fratrem cùm redderet orbe,
Terrarum subita percussa expalluit umbra.
Ipse caput medio Titan cùm ferret Olympo,
Condidit ardentes atra caligine currus,
Inuoluitq; orbem tenebris, gentesq; coëgit

Cespes dicitur terra cum herba eunlla.

Romanorum metus uarijs augebatur prodigijs.

Cometæ nascentia & stupenda prodigia. Plinius tradit stellas repente in cœlo humore fortuito & igneo ui nasci.

Lunæ eclipsis ex terræ umbra.
Solis eclipsis ac defectio ex luna interueniu.

Desperare diem, qualem fugiente per ortus
Sole Thyesteæ noctem duxere Micenæ.
Sicilum mare cruentum apparuit. Ora ferox Siculæ laxauit Mulciber Aetnæ,
Nec tulit in cœlum flammas, sed uertice prono
Ignis in Hesperium cecidit latus, atra Charybdis
Scylla. Sanguineum fundo torsit mare: flebile sæui
Ignis in templo deæ Vestæ extinctus. Latrauere canes. Vestali raptus ab ara
Ignis, & ostendens confectas flamma Latinas
Ingenti terræ motu cõcussæ Alpes. Scinditur in partes, geminoq; cacumine surgit
Thebanos imitata rogos. tum cardine tellus
Subsedit, ueteremq; iugis nutantibus alpes
Calpe Hispanię mons, Athlas Mauritaniæ. Discussere niuem. Thetis maioribus undis
Hesperiam Calpen summoq; impleuit Athlanta.
Indigetes fleuisse deos, urbisq; laborem
Testatos sudore lares, delapsaq; templis
Dona suis, dirasq; diem fœdasse uolucres
Accipimus, syluisq; feras sub nocte relictis
Audaces media posuisse cubilia Roma.
Tunc pecudum faciles humana ad murmura linguæ:
Monstrosiq; hominum partus, numeroq;, modoq;
Membrorum, matremq; suus conterruit infans,
Carmina Sibyllina, F.F.F R.R.R. Diraq; per populum Cumana carmina uatis
Vulgantur: tunc quos sectis Bellona lacertis
Sæua mouet cecinere deos, crinemq; rotantes
Galli sacerdotes Cybellini uera in furias Sanguineum populis ululatum tristia Galli.
Compositis plenæ gemuerunt ossibus urnæ,

Tunc

Tunc fragor armorum, magnæq; per auia uoces
Auditæ nemorum, & uenientes cominus umbræ,
Quiq; colunt iunctos extremis mœnibus agros,
Diffugiunt, ingens urbem cingebat Erynnis,
Excutiens pronam flagranti uertice pinnam,
Stridentesq; comas: Thebanam qualis Agauen
Impulit, aut sæui contorsit tela Licurgi
Eumenis, aut qualem iussu Iunonis iniquæ
Horruit Alciades uiso iam Dite Megæram,
Insonuere tubæ, & quanto clamore cohortes
Miscentur, tantùm uox atra silentibus umbris
Edidit, & medio uisi consurgere campo
Tristia Syllani cecinere oracula manes.
Tollentemq; caput gelidus Anienis ad undas
Agricolæ facto Marium fugêre sepulchro.
Hæc propter placuit Thuscos de more uetusto
Acciri uates: quorum qui maximus æuo,
Aruns incoluit desertæ mœnia Lunæ,
Fulminis edoctus motus. uenasq; calentes
Fibrarum, & motus errantis in aëra pennæ:
Monstra iubet primùm, quæ nullo semine discors
Protulerat natura, rapi, sterilisq; nefandos
Ex utero fœtus infaustis urere flammis.
Mox iubet & totam pauidis à ciuibus urbem
Ambiri, & festo purgantes mœnia lustro,
Longa per extremos pomœria cingere fines

signa belli futuri demonstrant.

Comparatio.

Alciades cõ Megæram angues erigentẽ uidisset uehemẽter timuit.

Syllæ & Marij umbræ in suis sepulchris apparuerunt.

Fœtum mulæ quæ peperat intelligit, Vrbis lustratio pro Romanorum religione.

Pontifices sacri, quibus est permissa potestas,
Turba minor ritu sequitur succincta Gabino,
Gabij oppidū est ad dexteram uiæ Prænestinæ.
Vestalemq; chorum ducit uittata sacerdos,
Troianam soli cui fas uidisse Mineruam.
Tunc qui fata deūm, secretaq; carmina seruant,
Et lotam paruo reuocant Alcmone Cybellen,
Et doctus uolucres augur seruare siniſtras,
Septemuirq; epulis festis, Titijq; sodales,
Et Salius læto portans ancylia collo,
Et tollens apicem generoso uertice flamen.
Dumq; illi effusam longis anfractibus urbem
Circumeunt, Aruns dispersos fulminis ignes
Colligit, & terræ mœsto cum murmure condit,
Datq; locis nomen: sacris tunc admouet aris
Electa ceruice marem. iam fundere Bacchum
Cœperat, obliquoq; molas inducere cultro,
Bidental. Monstrum Aruntę sacris operam dante apparuit.
Impatiensq; diu non grati uictima sacri,
Cornua succincti premerent cùm torua ministri,
Depositio uictum præbebat poplite collum:
Nec cruor emicuit solitus, sed uulnere largo
Exta ut Festus ait, dicta q; ea dijs præsententur quę maxime extent eminentq;.
Diffusum rutilo nigrum pro sanguine uirus.
Liuor nigredo plumbea est.
Palluit attonitus sacris feralibus Aruns,
Atq; iram superūm raptis quæsiuit in extis
Terruit ipse color uatem: nam pallida tetris
Viscera tincta notis, gelidoq; infecta cruore
Plurimus aspersо uariabat sanguine liuor.

Cernit

Cernit tabe iecur madidum, uenasq; minaces
Hostili de parte uidet, pulmonis anheli
Fibra latet, paruusq; secat uitalia limes.
Cor iacet, & saniem per hiantes uiscera rimas
Emittunt, produntq; suas omenta latebras:
Quodq; nefas nullis impunè apparuit extis,
Ecce uidet capiti fibrarum increscere molem
Alterius capitis: pars ægra & marcida pendet,
Pars micat, & celeri uenas mouet improba pulsu.
His ubi concepit magnorum fata malorum,
Exclamat: uix fas superi quæcunq; mouetis
Prodere me populis: neq; enim tibi summe litaui
Iuppiter hoc sacrum, cæsiq; in uiscera tauri
Inferni uenere dei: non fanda timemus:
Sed uenient maiora metu. dij uisa secundent,
Et fibris sit nulla fides: sed conditor artis
Finxerit ista Tages. Flexa sic omnia Thuscus
Inuoluens, multaq; tegens ambage, canebat.
At Figulus, cui cura deos secretaq; cœli
Nosse fuit, quem non stellarum Aegyptia Memphis
Aequaret uisu. numerisq; mouentibus astra:
Aut hic errat (ait) nulla cum lege per æuum
Mundus, & incerto discurrunt sydera motu:
Aut si fata mouent: urbi, generiq; paratur
Humano matura lues: terræne debiscent?
Subsidentq; urbes? an tollet feruidus aër

Omentum membrana est quæ intestina continet.

Aruntis in deos exclamatio.

Tages aruspicinæ artis inuentor.

Nigidij Figuli peritissimi astrologi uaticinium.

Verba Nigidij.

Tempe-

Segetes hic fruges dicuntur, alibi dicuntur ipsi agri: Virg. Quid faciat lætas segetes.

Temperiem? segetes tellus infida negabit?
Omnis an infusis miscebitur unda uenenis?
Quod cladis genus ô superi? qua peste paratis
Sæuitiam? extremi multorum tempus in unum
Conuenere dies: summo si frigida cœlo

Argumenta Mathematica

Stella nocens nigros Saturni accenderet ignes,
Deucalioneos fudisset Aquarius imbres:
Totáq; defuso latuisset in æquore tellus.
Si sæuum radijs Nemeæum Phœbe leonem
Nunc premeres, toto fluerent incendia mundo,
Succensusq; tuis flagrasset curribus æther.

Ad Martem Apostrophe.

Hi cessant ignes: tu qui flagrante minacem
Scorpion incendis cauda: chelasq; peruris,
Quid tantum Gradiue paras? nam mitis in alto
Iuppiter occasu premitur, Venerisq; salubre
Sydus habet, motuq; celer Cyllenius hæret.
Et cœlum Mars solus habet: cur signa meatus
Deseruere suos, mundoq; obscura feruntur?

Orion ensifer Vaticinij expressio.

Ensiferi nimium fulget latus Orionis:
Imminet armorum rabies, ferriq; potestas
Confundet ius omne manu, sceleriq; nefando
Nomen erit uirtus, multosq; exibit in annos
Hic furor: & superos quid prodest poscere finem?

Præsagia dicuntur prodigia à præsagiendo dicta.

Cum domino pax ista uenit: duc Roma malorum
Continuam seriem, clademq; in tempora multa
Extrahe, ciuili tantùm iam libera bello.

Terruc-

Terruerant ſatis hæc pauidam præſagia plebem:
Sed maiora premunt: nam qualis uertice Pindi
Aedonis Ogygio decurrit plena Lyeo,
Talis & attonitam rapitur matrona per urbem,
Vocibus his prodens urgentem pectora Phœbum:
Quò feror ô Pæan? qua me ſuper æthera raptam
Conſtituis terra? uide ô Pangæa niuoſis
Cana iugis, latoſq; Aemi ſub rupe Philippos.
Quis furor hîc ô Phœbe doce: quò tela, manuſq;
Romanæ miſcent acies, bellumq; ſine hoſte eſt.
Quò diuerſa feror? primos me ducis in ortus,
Quà mare Lagæi mutatur gurgite Nili.
Hunc ego fluminea deformis truncus arena
Qui iacet agnoſco, dubiam ſuper æquore Syrtim,
Arentemq; feror Libyen: quò triſtis Erynnis
Tranſtulit Aemathias acies. nunc deſuper Alpis
Nubiferæ colles, atq; aëriam Pyrenen
Arripimur, patriæ ſedes remeamus in urbis.
Impiaq; in medio peraguntur bella ſenatu.
Conſurgunt partes iterum, totumq; per orbem
Rurſus eo. noua da mihi cernere littora ponti,
Telluremq; nouam, uidi iam Phœbe Philippos.
Hæc ait, & lapſo iacuit defecta furore.

Aedonis Menās Bacchi ſacrificula.

Bacchātis matronæ uaticinium.

Pāgæus Thraciæ mons.

Aemus mons Theſſaliæ.

Quo feror, uerba ſunt matronę Phœbeo furore percitę, ac furorem dicentis.

Libri primi finis.

M. ANNEI LVCANI
PHARSALIAE
LIBER II.

IN SECVNDVM LVCANI LIBRVM SVLPITII ARGVMENTVM.

Est ubi conquestus nosci uentura secundus,
Iusticio indicto, narrat fœta tempora Syllæ.
Post hæc Brutus adit constanti mente Catonem,
Cui rursum nubit funesto Martia cultu.
It Capuam Magnus, latè occupat omnia Cæsar,
Teq; capit Domiti: sequitur tum concio Magni.
Brundusio it natus, cuius tentare remota
Auxilia, obsessusq; tamen uix effugit ipse.

Apostrophe ad Iouem.

Amq; iræ patuere deûm, manifestaq; belli
Signa dedit mundus, legesq; et fœdera rerum
Præscia monstrifero uertit natura tumultu,
Indixitq; nefas. cur hanc tibi rector Olympi
Sollicitis uisum est mortalibus addere curam,
Noscant uenturas ut dira per omnia clades?

Quasi dicat: non uidetur constare ratio, quia quę euitari non possunt melius latere uidentur

Siue

Siue parens rerum cùm primum informia regna,
Materiamq; rudem flamma cedente recepit,
Finxit in æternum cauſſas, qua cuncta coërcet
Se quoq; lege tenens, & ſæcula iuſſa ferentem
Fatorum immoto diuiſit limite mundum:
Siue nihil poſitum eſt, ſed fors incerta uagatur,
Fertq; refertq; uices, & habent mortalia caſum:
Sit ſubitum quodcunq; paras, ſit cæca futuri
Mens hominum fati: liceat ſperare timenti.
Ergo ubi concipiunt quantis ſit cladibus urbi
Conſtatura fides ſuperûm, feriale per urbem
Iuſticium latuit, plebeio tectus amictu
Omnis honos: nullos comitata eſt purpura faſces:
Tunc queſtus tenuere ſuos, magnusq; per omnes
Errabat ſine uoce dolor. ſic funere primo
Attonitæ tacuere domus, quum corpora nondum
Conclamata iacent: nec mater crine ſoluto
Exigit ad ſæuos famularum brachia planctus.
Sed quum membra premit fugiente rigentia uita,
Vultusq; exanimes, oculosq; in morte minaces,
Nec dum eſt ille dolor, ſed iam metus incubat amens,
Miraturq; malum, cultus matrona priores
Depoſuit, mœſtæq; tenent delubra cateruæ.
Hæ lachrymis ſparſere deos, hæ pectora duro
Afflixere ſolo, lacerasq; in limine ſacro
Attonitæ fudêre comas, uotisq; uocari

Vbi uentura mala Romani ꝓſagiere deorum templa etiam matronæ omni cultu poſthabito precibus frequentare cœperunt. Comparatio.

Docet hic qđ in templo egerint & dixerint matrone, deinde quid in bellum pro

Aſſuetas

deuntes uiri, nimiũ graphicè pathos ex omni parte mouens.

Assuetas crebris feriunt ululatibus aures.
Nec cunctæ summi templo iacuere Tonantis,
Diuisere deos: & nullis defuit aris
Inuidiam factura parens: quarum una madentes
Scissa genas planctu liuentes atra lacertos,
Nunc ait: ô miseræ contundite pectora matres,
Nunc laniate comas: neue hunc differte dolorem,
Et summis seruate malis, nunc flere potestas
Dum pendet fortuna ducum, dum uicerit alter
Gaudendum est, his se stimulis dolor ipse lacessit.
Nec non bella uiri, diuersaq; castra petentes
Effundunt iustas in numina sæua querelas.
O miseræ sortis, quòd non in Punica nati
Tempora Cannarum fuimus: Trebiæq; iuuentus
Non pacem petimus superi date gentibus iras
Nunc urbes excite feras, coniuret in armis
Mundus, Achemenijs decurrant Medica Susis
Agmina, Massagetas Scythicus non alliget Ister:
Fundat ab extremo flauos Aquilone Sueuos
Albis, & indomitum Rheni caput: omnibus hostes
Reddite nos populis, ciuile auertite bellum.
Hinc Dacus premat, inde Gethes, occurrat Iberis
Alter ad Eoas, hic uertat signa pharetras,
Nulla uacet tibi Roma manus: uel perdere nomen
Si placet Hesperium superi, collapsus in ignes
Plurimus ad terram per flumina decidat æther.

Synecdoche. Genæ sunt oculorum operimenta, & quidam quasi folliculi quibus oculi continentur.

Matronæ pathetica oratio

Achemenij Persæ sunt. Susa oppidum Persarum.

Ister qui & Danubius dicitur.

Sueui Germaniæ populi.

Albis Germaniæ fluuius.

Dacus & Gethæ Scythiæ populi.

Iberis Hispaniarũ fluuius.

Sæue

Sæue parens, utrasq; simul partesq; duces q;
Dum nondum meruere feri: tanto ne nouorum
Prouentu scelerum quærunt, uter imperet urbi?
Vix tanti fuerat ciuilia bella mouere,
Vt neuter tales pietas peritura querelas
Egerit: at miseros angit sua cura parentes,
Oderunq; grauis uiuacia fata senectæ,
Seruatosq; iterum bellis ciuilibus annos.
Atq; aliquis magno quærens exempla timori,
Non alios (inquit) motus tunc fata parabant,
Quum post Theutonicos uictor Lybicosq; triumphos
Exul limosa Marius caput abdidit ulua.
Stagna auidi texere soli, laxæq; paludes
Depositum fortuna tuum: mox uincula ferri
Exedêre senem, longusq; in carcere pædor.
Consul & euersa felix moriturus in urbe
Pœnas antè dabat scelerum: mors ipsa refugit
Sæpè uirum, fruſtraq; hostili est concessa potestas
Sanguinis inuisi: primo qui cædis in ictu
Diriguit, ferrumq; manu torpente remisit.
Viderat immensam tenebroso in carcere lucem,
Terribilesq; deos scelerum, Mariumq; futurum,
Audierat pauens: fas hæc contingere non est
Colla tibi, debet multas hîc legibus æui
Ante suam, mortes: uanum depone furorem.
Si libet ulcisci deletæ funera gentis,

Seniores tam diu uiuere tedebat. Prolixa est alicuius senio rum Romano rum oratio, bella ciuilia Martianis Syl lani: q; con ferentis.

Hunc cimbri ſeruate ſenem: non ille fauore
Numinis, ingenti ſuperûm protectus ab ira.
Vir ferus, & Romam cupienti perdere fato
Sufficiens: idem pelago delatus iniquo
Mapalia & magalia paſtorum caſæ lingua Punica appellantur.
Hoſtilem in terram, uacuiſq; mapalibus actus
Nuda triumphati iacuit per regna Iugurthæ,
Et Pœnos preßit cineres: ſolatia fati
Carthago, Mariusq; tulit: pariterq; iacentes
Ignouere deis: Lybicas ſibi colligit iras:
Vt primùm fortuna redit, ſeruilia ſoluit
Ergaſtula ſũt loca clauſa & officinæ, ubi ſerui uel damnati operari coguntur.
Agmina: conflato ſæuas ergaſtula ferro
Exeruere manus: nulli geſtanda dabantur
Signa ducis: niſi qui ſcelerum iam fecerat uſum,
Attuleratq; in caſtra nefas: prò fata, quis ille,
Quis fuit ille dies, Marius quo mœnia uictor
Corripuit? quantoq; gradu mors ſæua cucurrit,
Pathos à crudelitate
Nobilitas cum plebe perit, lateq; uagatur
Enſis, & à nullo reuocatum eſt pectore ferrum.
Stat cruor in templis, multaq; rubentia cæde
Profequitur narrationem crudelitatis Marianæ, dicens: cum ita nulli parceret Marius, ne quem locũ haberet immunẽ, cruor plenus eſt in tem
Lubrica ſaxa madent: nulli ſua profuit ætas.
Non ſenis extremum piguit uergentibus annis
Præcipitaſſe diem, nec primo in lumine uitæ
Infantis miſeri naſcentia rumpere fata.
Crimine quo parui cædem potuere mereri?
Sed ſatis eſt iam poſſe mori: trahit ipſe furoris
Impetus, & uiſum & lenti quæſiſſe nocentem.

In nu-

In numerum pars magna perit, rapuitq; cruentus
Victor ab ignota uultus ceruice recisos:
Tum uacua pudet ire manu. spes una salutis
Oscula pollutæ fixisse trementia dextræ,
Mille licet gladij mortis noua signa sequantur.
Degener ô populus, uix sæcula longa decorum
Sic meruisse uiris, ne dum breue dedecus æui,
Et uitam, dum Sylla redit, cui funera uulgi
Flere uacet? uix te sparsum per uiscera Bebi
Innumeras inter carpentis membra coronæ
Discerpsisse manus, aut te præsage malorum
Antoni, cuius laceris pendentia canis
Ora ferens miles, festæ rorantia mensæ
Imposuit, truncos lacerauit fimbria Crassos.
Sæua tribunitio maduerunt robora tabo.
Te quoq; neglectum uiolatæ Scæuola dextræ
Ante ipsum penetrale deæ, semperq; calentes
Mactauere focos: patruum sed fessa senectus
Sanguinis effudit iugulo, flammisq; pepercit.
Septimus exequitur repetitis fascibus annus,
Ille fuit uitæ Mario modus omnia passo,
Quæ peior fortuna potest, atq; omnibus uso
Quæ melior: mensoq; homini quid fata parārent?
Iam quot apud Sacri cecidere cadauera portum?
Aut Collina tulit stratas quot porta cateruas?
Tunc quum penè caput mundi, rerumq; potestas

plis, & saxa pauimentorū lubrica effecta madefiunt effusione multi sanguinis.

Nebius Antonij Oratoris caput obtruncatum manibus cum summa animi lætitia inter epulas pertractauit.

Prosequitur crudelia Marij facinora. Mutius Scæuola pontifex Vestales amplexus aras occisus est.

Septies quippe cōsulatum gessit Marius, & septimo perijt.

Collina porta.

Samnites. Caudinæ furcæ. Sylla.

Mutauit translata locum, Romanaq; Samnis
Vltra Caudinas sperauit uulnera furcas.
Sylla quoq; immensis acceßit cladibus ultor,
Ille quod exiguum restabat sanguinis urbi
Hauſit: dumq; nimis iam putrida membra recidit,
Exceßit medicina modum, nimiumq; secuta est:
Qua morbi duxere manus, periere nocentes.
Sed quum iam soli possent supereſſe nocentes,
Tunc data libertas odijs, reſolutaq; legum
Frenis ira ruit: non uni cuncta dabantur,
Sed fecit sibi quisq; nefas: semel omnia uictor
Iusserat, infandum domini per uiscera ferrum
Exegit famulus: nati maduere paterno
Sanguine, certatum est cui ceruix cæsa parentis
Cederet, in fratrum ceciderunt præmia fratres.
Busta repleta fuga, permixtaq; uiua sepultis
Corpora, nec populum latebræ cepere ferarum.
Hic laqueo fauces, eliſaq; guttura fregit:
Hic se præcipiti iaculatus pondere, dura
Deſiluit percuſſus humo, morteq; cruento
Victori rapuere suas: hic robora busti
Extruit ipse sui, nec dum omni sanguine fuso
Deſilit in flammas, & dum licet, occupat ignes.
Colla ducum pilo trepidam gestata per urbem,
Et medio congeſta foro, cognoscitur illic
Quicquid ubiq; latet scelerum: non Thracia tantum

Conqueritur.

Dissiluit forsan legēdum, nam qui desilit nōdum percussus humo est: at postquā quis percussus est dissiliunt uiscera.

Vidit

Vidit Bistonij stabulis pendere tyranni
Postibus Antei Lybiæ: nec Græcia mœrens
Tot laceros artus Pisea fleuit in aula.
Cùm iam tabe fluunt confusáq; tempore multo
Amisere notas, miserorum dextra parentum
Colligit, & pauido subducit cognita furto.
Meq; ipsum memini cæsi deformia fratris
Ora rogo cupidum uetitis imponere flammis
Omnia Syllanæ lustrasse cadauera pacis,
Perq; omnes truncos, cum qua ceruice recissum
Conueniat quæsisse caput. quid sanguine manes
Placatos Catuli referam? cùm uictima tristis
Inferias Marius (forsan nolentibus umbris)
Pendit inexpleto non fanda piacula busto,
Cùm laceros artus, æquatáq; ulnera membris
Vidimus, & toto quamuis in corpore cæso
Nil animæ lethale datum, moremq; nefandæ
Dirum sæuitia pereuntis parcere morti.
Auulsæ cecidere manus, exectáq; lingua
Palpitat, & muto uacuum ferit aëra motu.
Hic aures, alius spiramina naris aduncæ
Amputat, ille cauis euoluit sedibus orbes,
Vltimáq; effodit spectatis lumina membris.
Vix erit ulla fides, tam sæui carminis unum
Tot pœnas cepisse caput. sic mole ruinæ
Fracta sub ingenti miscentur pondere membra.

Anthæus hostium cæsorũ capita postibus affigebat

De senem loquẽtem fingit poëta.

Catulus.

Inferiæ sunt sacrificia quæ inferis & mortuis exhibentur.

Comparatio.

Nec magis informes ueniunt ad littora trunci,
Qui medio periere freto, quid perdere fructum
Iuuit? & ut uilem Marij confundere uultum?
Vt scelus hoc Syllæ cædesq; ostensa placeret,
Agnoscendus erat. uidit fortuna colonos
Fortuna Prænestina dicitur quæ à Prænestinis colitur, Prænestina suos cunctos simul ense reciſos,
Vnius populum pereuntem tempore mortis.
Tunc flos Hesperiæ, Latij iam sola iuuentus
Concidit, & miseræ maculauit ouilia Romæ:
Tot simul infesto iuuenes occumbere letho
Docet nunc tot ciues Romanos periſſe iuſſu tyranni, quot iuſſu Syllæ. Sæpè fames, pelagiq; furor, subitæq; ruinæ,
Aut cœli terræq; lues. aut bellica clades,
Nunquam pœna fuit, denſi uix agmina uulgi
Inter & exangues immiſſa morte cateruas
Victores mouere manus. uix cæde peracta
Procumbunt, dubiaq; labant ceruice, ſed illos
Magna premit ſtrages, peraguntq; cadauera partem
Cædis, uiua graues elidunt corpora trunci.
Intrepidus tanti ſedet ſecurus ab alto
Spectator ſceleris, miſeri tot millia uulgi
Non piguit iuſſiſſe mori: congeſta recepit
Tyrrhenus gurges dicitur Tybris, quia præterlabitur Hetruriam quæ nunc cupa dicta eſt Tyrrhenia à Tyr Omnia Tyrrhenus Syllana cadauera gurges.
In fluuium primi cecidere, in corpora ſummi
Præcipites hæſere rates, & ſtrage cruenta
Interruptus aquis fluxit prior amnis in æquor,
Ad molem ſtetit unda ſequens, nam ſanguinis alti

Vis

Vis sibi fecit iter, campumq; effusa per omnem
Præcipitiq; ruens Tyberina ad flumina riuo
Hærentes adiuuit aquas, nec iam alueus amnem
Nec retinent ripæ, redditq; cadauera campo.
Tandem Tyrrhenas uix eluctatus in undas
Sanguine cœruleum torrenti diuidit æquor.
His ne salus rerum, felix his Sylla uocari,
His meruit tumulum medio sibi tollere campo?
Hæc rursus patienda manent: hoc ordine belli
Ibitur: hîc stabit ciuilibus exitus armis.
Quanquam agitat grauiora metus, multumq; coitur
Humani generis maiora in prælia damno.
Exulibus Marijs bellorum maxima merces
Roma recepta fuit, nec plus uictoria Syllæ
Præstitit, inuisas penitus quàm tollere partes.
Hos aliò fortuna uocas, olimq; potentes
Concurrunt, neuter ciuilia bella moueret,
Contentus quò Sylla fuit. Sic mœsta senectus
Præteritiq; memor flebat, metuensq; futuri.
At non magnanimi perculsit pectora Bruti
Terror, & in tanta pauidi formidine motus
Pars populi lugentis erat: sed nocte sopora
Parrhasis obliquos Elice cùm uerteret axes,
Atria cognati pulsat non ampla Catonis:
Inuenit insomni uolentem publica cura
Fata uirum, casusq; urbis, cunctisq; timentem,

rheno rege. Tybris inundauit, ut corpora in suum alueum paulò ante proiecta in cãpum retulerit.

Probrosa in Syllam insultatio.

Prosequitur senex ciuilia bella conqueri.

Absoluitur senioris oratio. Post longã senis lamentationem docet Bruti constantiam, qui solus in publica Romanorũ cõsternatione in stupidus inter ritus q; permansit. Elice ursa maior.

Securumq; sui, fariq; his uocibus orsus:

Bruti ad Catonem in deliberatiuo genere oratio, in cuius exordio Catonis uirtutem cõmẽdat, eumq; tandem à bellis deterrere studet.

Omnibus expulsæ terris, olimq; fugatæ
Virtutis iam sola fides, quam turbine nullo
Excutiet fortuna tibi, tu mente labantem
Dirige me dubium, certo tu robore firma.
Namq; alij Magnum, uel Cæsaris arma sequantur,
Dux Bruto Cato solus erit, pacem'ne tueris
Inconcussa tenens dubio uestigia mundo?

Absoluere perficere dicitur, uidebatur enim iniustum bellum esse, nisi Cato in eo militaret.

An placuit ducibus scelerum, populiq; furentis
Cladibus immixtum ciuile absoluere bellum?
Quenq; suæ rapiunt scelerata in prælia causſæ,
Hos polluta domus, legesq; in pace timendæ,
Hos ferro fugienda fames, mundiq; ruinæ
Permiscenda fides, nullum furor egit in arma,
Castra petunt magna uicti mercede: tibi uni
Per se bella placent. quid tot durasse per annos
Profuit immunem corruptis moribus æui?
Hoc solùm longæ precium uirtutis habebis:
Accipient alios, facient te bella nocentem.

Apostrophe in superos, qs comprecatur ne Catonem utpote innocuum eiusmodi bellis inferere sinant.

Ne tamen ô superi liceat feralibus armis
Has etiam mouisse manus, nec pila lacertis
Missa tuis cæca telorum in nube ferantur,
Nec tanta incassum uirtus eat, ingeret omnis
Se belli fortuna tibi: quis nollet ab isto
Ense mori? quamuis alieno uulnere labens
Et scelus esse tuum? melius tranquilla sine armis

Ocia

Ocia ſolus ages, ſicut cœleſtia ſemper
Inconcuſſa ſuo uoluuntur ſydera lapſu.
Fulminibus propior terræ ſuccenditur aër,
Imáq; telluris uentos, tractuſq; coruſcos
Flammarum accipiunt, nubes excedit Olympus.
Lege deũm minimas rerum diſcordia turbat,
Pacem ſumma tenent. quàm lætæ Cæſaris aures
Accipient, tantum ueniſſe in prælia ciuem.
Nam prælata ſuis nunquam diuerſa dolebit
Caſtra ducis Magni: nimiùm placet ipſe, Catoni
Si bellum ciuile placet pars magna ſenatus
Et duce priuato geſturus prælia Conſul
Sollicitant, proceresq; alij, quibus adde Catonem
Sub iuga Pompeij, toto iam liber in orbe
Solus Cæſar erit. quòd ſi pro legibus arma
Ferre iuuet patrijs, libertatemq; tueri.
Nunc neq; Pompeij Brutum, neq; Cæſaris hoſtem
Poſt bellum uictoris habes. ſic fatur: at illi
Arcano ſacras reddit Cato pectore uoces
Summum Brute nefas ciuilia bella fatemur,
Sed quò fata trahunt uirtus ſecura ſequetur.
Crimen erit ſuperis & me feciſſe nocentem.
Sydera quis mundumq; ualet ſpectare cadentem
Expers ipſe metus? quis quum ruat arduus æther
Terra labet, mixto coëuntis pondere mundi
Compreſſas tenuiſſe manus? gentes ne furorem

Similitudo, quemadmodum in ſummis elementis ſupra lunã perpetua eſt pax atq; concordia, ita tu Cato agere debes ocia ſine armis. Acer ad promouendum Catonem ſtimulus.

Grauiſſima Catonis ad Brutum oratio, lingulaq; dicendi peritiam cernunt complexens. Explum ab eo quod fieri nequit. Argumentat Cato ſe ſubtãto tumultu nõ

posse quietũ fore, & est exemplum ab impossibili.

Hesperium ignotæ, Romanaq; signa sequentur,
Deductiq; fretis alio sub sydere reges:
Ocia solus agam? procul hunc arcete furorem
O superi, motura Dacas ut clade, Getasq;
Securo me Roma cadat, ceu morte parentem
Natorum orbatum longum producere funus
At tumulum iubet ipse dolor, iuuat ignibus atris
Inseruisse manus, constructoq; aggere busti
Ipsum atras tenuisse faces: non antè reuellar,
Exanimem quàm te complectar Roma tuumq;
Nomen libertas, & inanem prosequar umbram.
Sic eat, immites Romana piacula diui
Plena ferant, nullo fraudemus sanguine bellum.

Exclamatio mirifica, pondere & carminis maiestate collustrata.

O utinam cœliq; deis Erebiq; liceret
Hoc caput in cunctas damnatum exponere pœnas,
Deuotum hostiles Decium pressere catervæ,
Me geminæ figant acies, me barbara telis
Rheni turba petat, cunctis ego peruius hastis
Excipiam medius totius uulnera belli.
Hic redimat sanguis populos, hac cæde luatur
Quicquid Romani meruerunt pendere mores.
Ad iuga cur faciles populi? cur fæua uolentes
Regna pati pereunt? me solum inuadite ferro:
Me frustrà leges & inania iura tuentem:

Congeminatio.

Hic dabit, hic pacem iugulus, finemq; laborum
Gentibus Hesperijs, post me regnare uolenti

Non

Non opus est bello, quin publica signa, ducemq;
Pompeium sequimur: nec si fortuna faucbit,
Hunc quoq; totius sibi ius promittere mundi
Non bene compertum est: ideo me milite uincat,
Nec sibi se uicisse putet sic fatur: & acres
Irarum mouit stimulos, iuuenisq; calorem
Excitat in nimios belli ciuilis amores.
Interea Phœbo gelidas pellente tenebras
Pulsatæ sonuere fores: quas sancta relicto
Hortensi mœrens irrupit Martia busto:
Quondam uirgo toris melioris iuncta mariti,
Mox ubi connubij precium, mercesq; soluta est
Tertia iam soboles, alios fœcunda penates
Impletura datur geminas è sanguine matris
Permixtura domos: sed postquam condidit urna
Supremos cineres, miserando concita ultu
Effusas laniata comas, concussaq; pectus
Verberibus crebris, cineresq; ingesta sepulchri
Non aliter placitura uiro, sic mœsta profatur:
Dum sanguis inerat, dum uis materna, peregi
Iussa Cato, & geminos excepi fœta maritos,
Visceribus lassis, partuq; exhausta, reuertor
Iam nulli tradenda uiro, da fœdera prisci
Illibata tori, da tantùm nomen inane
Connubij, liceat tumulo scripsisse Catonis
Martia, nec dubium longo quæratur in æuo

Catonis oratione ad militandum uehementi Brutus incitamento permotus est.

Martia quæ relicto Catone Hortensio nupserat, mœrens Romano ad Catonem reuertitur, ab eo petens defuncto Hortensio in coniugem recipi.

Martiæ oratiuncula exordium petitionem cõfirmationem & confutationem continet.

Mutarim

Mutarim primas expulsa, an tradita tædas:
Non me lætorum sociam, rebusq; secundis
Accipis, in curas uenio, partemq; laborum:
Da mihi castra sequi: cur tuta in pace relinquar?
Et si ciuili propior Cornelia bello?
Hæ flexere uirum uoces, & tempora quanquam
Sint aliena toris, iam fato in bella uocante,
Fœdera sola tamen, uanaq; carentia pompa
Iura placent, sacrisq; deos admittere testes.
Festa coronato non pendent limine serta,
Infulaq; in geminos discurrit candida postes,
Legitimæq; faces, gradibusq; accliuis eburnis
Stat torus, & picto uestes discriminat auro:
Turritaq; premens frontem matrona corona
Translata uenit contingere limina planta.
Non timidum nuptæ leuiter tectura pudorem
Lutea demissos uelarunt flammea uultus,
Balteus haud fluxos gemmis astrinxit amictus
Colla monile decens, humerisq; hærentia primis
Suppara nudatos cingunt angusta lacertos.
Sic ut erat mœsti seruans lugubria cultus,
Quoquo modo natos, hoc est amplexa maritum.
Obsita funerea cælatur purpura lana.
Non soliti lusere sales, nec more Sabino
Excepit tristis conuicia festa maritus.
Pignora nulla domus, nulli coïere propinqui.

Exemplo Corneliæ uxoris Pompeij sese periculorũ comitem Catoni offert.

Catonis Mariæq; uxoris nuptiæ sine apparatu celebrantur.

Infulæ sunt nitrę & ornamenta linea, quibus sacerdotes in sacrisutebãtur, & fores sponsorum ornabantur.

Flammeum nuptiale tegmen.

Supparum, ut ait Festus, est uestimentum puellare lineum, id est, camisia.

Graphice describit ea defuisse quæ in lætis nuptijs adesse solebant.

Iungun-

Iunguntur taciti, contentiq; auspice Bruto.
Ille nec horrificam sancto dimouit ab ore
Cæsariem, duroq; admisit gaudia uultu.
Vt primùm tolli feralia uiderat arma,
Intonsos rigidam in frontem descendere canos
Passus erat, mœstamq; genis increscere barbam.
Vni quippe uacat studijs, odijsq; carenti
Humanum lugere genus: nec fœdera prisci
Sunt tentata tori, iusto quoq; robur amori
Restitit hi mores, hæc duri immota Catonis
Secta fuit, seruare modum, finemq; tenere,
Naturamq; sequi, patriæq; impendere uitam:
Nec sibi, sed toti genitum se credere mundo.
Huic epulæ uicisse famem, magniq; penates
Submouisse hyemem recto, preciosaq; uestis
Hirtam membra super, Romani more Quiritis,
Induxisse togam: Venerisq; huic maximus usus
Progenies, urbi pater est, urbiq; maritus,
Iusticiæ cultor, rigidi seruator honesti,
In commune bonis, nullosq; Catonis in actus
Surrepsit, partemq; tulit sibi nata uoluptas.
Interea trepido discedens agmine Magnus,
Mœnia Dardanij tenuit Campana coloni.
Hæc placuit belli sedes, hinc summa mouenti
Hostis in occursum sparsas extendere partes.
Vmbrosis mediam quà collibus Apenninus

Attende mores Catonis.

Quirites a Quiris Sabinorum oppido dicti sunt.

Catonis seueritas nulla unq; uoluptatis mollicie expugnata. Pompeius rumore perterritus deserta urbe Capuã ciuitatem Campaniæ petit.

Mira Apennini montis descriptio.

Erigit

Erigit Italiam, nullo quà uertice tellus
Altiùs intumuit, propiusq; acceßit Olympo.
Mons inter geminas medius se porrigit undas
Inferni, superiq; maris, collesq; coërcet.
Hinc Tyrrhena uado frangentes æquora Piſæ,
Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.
Fontibus hic uaſtis immenſos concipit amnes,
Fluminaq; in gemini ſparſit diuortia ponti,
Metaurus Vm Briæ fluuius. In læuum cecidere latus, ueloxq; Metaurus
Cruſtumium. Cruſtumiumq; rapax, & iunctus Sapis Iſauro,
Sapis. Sennaq;, & Adriacas qui uerberat Aufidus undas,
Iſaurus
Senna. Quoq; magis nullum tellus ſe ſoluit in amnem
Eridanus. Eridanus, fractas deuoluit in æquora ſyluas,
Heſperiamq; exhaurit aquis. hunc fabula primùm
Populea fluuium ripas umbraſſe corona,
Cumq; diem prona tranſuerſo limine ducens
Phaeton. Succendit Phaëthon flagrantibus æthera loris,
Gurgitibus raptis penitus tellure peruſta
Hunc habuiſſe pares Phœbeis ignibus undas.
Non minor hic Nilo, ſi non per plana iacentis
Nilus. Aegypti Libycas Nilus ſtagnaret arenas.
Nec minor hic Iſtro, niſi quòd dum permeat orbem
Iſter. Iſter, caſuros in quælibet æquora fontes
Accipit, & Scythicas exit non ſolus in undas.
Tybris. Dexteriora petens montis decliuia Tybrim
Rutuba. Vnda facit, Rutubamq; cauum, delabitur inde

Vultur-

Vulturnusq; celer, nocturnæq; êditor auræ
Sarnus, & umbrosæ Lyris per regna Maricæ
Vestinis impulsus aquis, radensq; Salerni
Culta Siler: nullasq; uado qui Macra moratus
Alnos, uicinæ percurrit in æquora Lunæ.
Longior educto quà surgit in aëra dorso
Gallica rura uidet, deuexasq; aspicit Alpes.
Tunc Vmbris Marsisq; ferax, domitusq; Sabello
Vomere, piniferis amplexus rupibus omnes
Indigenas Latij populos, non deserit antè
Hesperiam, quàm cùm Scylleis clauditur undis,
Extenditq; suas in templa Lacinia rupes
Longior Italia. donec confinia pontus
Solueret incumbens, terrasq; repelleret æquor.
At postquam gemino tellus elisa profunda est,
Extremi colles Siculo cessere Peloro,
Cæsar in arma furens, nullas nisi sanguine fuso
Gaudet habere uias, quòd non terat hoste uacantes
Hesperiæ fines, uacuosq; irrumpat in agros,
Atq; ipsum non perdat iter, consertáq; bellis
Bella gerat, non tam portas intrare patentes
Quàm fregisse iuuat. nec tam patiente colono
Arua premi, quàm si ferro populetur, & igni:
Concessa pudet tre uia, ciuemq; uideri.
Tunc urbes Latij dubiæ, uarioq; fauore
Ancipites, quanquam primo terrore ruentis

Vulturnus, Sarnus, Lyris, Siler flumina Italiæ.

Macra fluuius est finis Liguriæ & Hetruriæ, ut Plinius & Strabo memorant: labitur inter Lunam & Pisas in mare Tyrrhenum.

Indigenæ sunt qui eo in loco gentti sunt, & non uenerunt aliunde, ideo per indigenas habitatores antiqui intelliguntur.

Cæsaris mores.

Prosequitur expeditionē Cæsaris dicens Cæsar ēm magis gaudebat ut sibi urbium portæ claderentur tanq̄ hosti, quā mq̄ paterent tanquam amico

Cessuræ

Ceſſuræ belli, denſo tamen aggere firmant
Mœnia, & abrupto circumdant undiq; uallo:
Saxorumq; orbes, & quæ ſuper eminus hoſtem
Tela petant, altis murorum turribus aptant.
Pronior in Magnum populus pugnatq; minaci
Similitudo. Cum terrore fides. ut cùm mare poßidet Auſter
Flatibus horriſonis, hunc æquora tota ſequuntur:
Si rurſus tellus pulſit laxata tridentis
Æolij tumidis immittat fluctibus Eurum:
Quamuis icta nouo uentum tenuere priorem
Æquora, nubiferoq; polus conceſſerit Euro,
Vendicat unda Notum: facilis ſed uertere mentes
Libo qui præ erat Hetruſcę Cęſarem ue-ritus aufugit. Terror erat, dubiamq; fidem fortuna ferebat.
Gens Hetruſca fuga trepidi nudata Libonis,
Iusq; ſui pulſo iam perdidit Vmbria Thermo:
Proſequitur reliquorũ fugam, et primo Syllæ, qui felicis Syllæ filius erat. Varus. Nec gerit auſpicijs ciuilia bella paternis
Cæſaris audito conuerſus nomine Sylla.
Varrus (ut admotæ pulſarunt Auximon alæ)
Per diuerſa ruens neglecto mœnia tergo,
Lentulus decem cohortibus tenebat Astyrum oppidũ, qui Cæſaris aduentum noſcens fugit. Quà ſyluæ, quà ſaxa fugit. depellitur arce
Lentulus Eſculea: uictor cedentibus inſtat,
Diuertitq; acies, ſolusq; exagmine tanto
Dux fugit, & nullas ducentia ſigna cohortes.
Tu quoq; commiſſæ nudatam deſeris arcem
Scipio Luceriã ciuitatem dimiſit. Scipio Luceriæ, quanquam fortiſſima pubes
His ſedeat caſtris, iampridem Cæſaris armis

Partho-

Parthorum seducta metu, qua Gallica damna
Suppleuit Magnus: dumq; ipsa ad bella uocaret
Donauit socero Romani sanguinis usum.
At te Corphini ualidis circundata muris
Tecta tenent pugnax domiti, tua classica seruat
Oppositus quondam polluto tyro Miloni.
Vt procul immensam campo consurgere nubem,
Ardentesq; acies percussis sole coruscо
Conspexit telis: socij decurrite (dixit)
Fluminis ad ripas, undæq; immergite pontem:
Et tu montanis totus nunc fontibus exi,
Atq; omnes trahe gurges aquas, ut spumeus alnos
Discusa compage feras, hoc limite bellum
Hæreat, hac hostis lentus terat ocia ripa:
Præcipitem cohibete ducem, uictoria nobis
Hic primùm stans Cæsar erit. nec plura locutus
Deuoluit rapidum nequicquam mœnibus agmen.
Nam priore è campis ut conspicit amne soluto
Rumpi Cæsar iter, calida prolatus ab ira,
Non satis est muris latebras quæsisse pauori,
Obstruitis campos, fluuijsq; arcere paratis
Ignaui, non (si tumido me gurgite Ganges
Summoueat) stabit iam flumine Cæsar in ullo,
Post Rubiconis aquas: equitum properate cateruæ,
Ite simul pedites, ruiturum ascendite pontem.
Hæc ubi dicta, leuis totas accepit habenas

Apostrophe ad Domitiũ, qui Corphino pfectus erat, qui desperãs de auxilio Põpeij fugã parabat.

Domitius ad socios suos.

Apostrophe ad flumen.

Cæsaris in timidos hostes insultatio.

Cõmonitio.

Comparatio. In campum sonipes, crebroq; simillima nymbo

Ingreditur Cæsar flauium. Trans ripam ualidi torserunt tela lacerti.
Ingreditur pulsa fluuium statione uacantem
Cæsar, & ad tutas hostis compellitur arces.

Machinæ & tormenta præparantur. Et iam moturas ingentia pondera turres

Domitius à suis captiuus ad Cæsarem trahitur. Erigit, & medijs subrepsit uinea muris:
Ecce nefas belli reseratis agmina portis
Captiuum traxere ducem, ciuisq; superbi
Constitit ante pedes: uultu tamen alta minaci
Nobilitas recta ferrum ceruice poposcit.

Cæsar Domitio. Scit Cæsar pœnamq; peti, ueniamq; timeri:
Viue, licet nolis, & nostro munere (dixit)
Cerne diem, uictis iam spes bona partibus esto,
Exemplumq; mei, uel si libet arma retenta,
Et nihil hac uenia, si uiceris ipse, paciscor.

Vinctum Domitium solui iubet Cæsar. Fatur, & astrictis laxari uincula palmis
Imperat: heu quanto melius, uel cæde peracta
Parcere Romano potuit fortuna pudori.

Deploratio ignominiæ Domitij. Pœnarum extremum cui fit, quòd castra secutus
Sit patriæ, Magnumq; ducem, totumq; senatum,
Ignosci. premit ille graues interritus iras,
Et secum: Romam ne petes, pacisq; recessus
Degener? in medios belli non ire furores
Iamdudum morituræ parasne rue certus, & omnes
Lucis rumpe moras, & Cæsaris effuge manus.

Docet quid interea parauit Pompeius Nescius intereà capti ducis arma parabat

Magnus,

Magnus, ut immixto firmaret robore partes:
Iamq; secuturo iussurus classica Phœbo,
Tentandasq; ratus moturi militis iras,
Alloquitur tacitas ueneranda uoce cohortes:
O scelerum ultores, meliorq; signa secuti,
O uerè Romana manus quibus arma senatus
Non priuata dedit, uotis deposcite pugnam.
Ardent Hesperij sæuis populatibus agri,
Gallica per gelidas rabies effunditur Alpes:
Iam tetigit sanguis pollutos Cæsaris enses.
Dij meliùs, belli tulimus quòd damna priores,
Cœperit inde nefas, iamiam me præside Roma
Supplicium, pœnamq; petat: neq; enim ista uocari
Prælia iusta decet, patriæ sed uindicis iram.
Nec magis hoc bellum est, quàm cũ Catilina parauit
Arsuras in tecta faces, sociusq; furoris
Lentulus, exertiq; manus uesana Cethegi.
O rabies miseranda ducis, cùm fata Camillis
Te Cæsar, magnisq; uelint miscere Metellis,
Ad Cinnas, Mariosq; uenis? sternêre profectò,
Vt Catulo iacuit Lepidus, nostrasq; secures
Passus, Sicanio tegitur qui Carbo sepulchro,
Quiq; feros mouit Sertorius exul Iberos.
Quanquam (si qua fides) ijs te quoq; iungere Cæsar
Inuideo, nostrasq; manus quòd Roma furenti
Opposuit, Parthorum utinam post prælia sospes

& quam orationẽ ad suos habuerit, & hoc fecit dum ex Campania in Apuliam se contulit.

Oratio Pompeij ad milites in genere deliberatiuo, arma in Cæsarem obeunda suadens.

Inuidiose dicit Cæsarem acerrimos hostes in patriã immittere.

Catilinæ exemplo crimẽ auget.

In Cæsarem exclamatio.

Prosequitur Apostrophen, qua Cæsarem minaciter alloquens suorum animos excitare molitur.

Et Scythicis Crassus uictor remeasset ab oris,
Vt simili caussa caderes, qua Spartacus hostis.
Argumẽtum à possibili.
Te quoq; si superi titulis accedere nostris
Iusserunt, ualet in torquendo dextera pilo,
Feruidus hîc iterum circum præcordia sanguis
Incaluit, dices non esse ad bella fugaces,
Qui pacẽ potuere pati, dicuntur pacis amatores.
Qui pacem potuere pati, licet ille solutum,
Defectumq; uocet: ne uos mea terreat ætas,
Locutio ad milites, cùm dicit ne uos.
Dux sit in his castris senior, dum miles in illis.
Obiectionem refellit.
Quò potuit ciuem populus perducere, liber
Ascendi, supraq; nihil nisi regna reliqui:
Non priuata cupit, Romana quisquis in urbe
Pompeium transire parat: hinc consul uterq;,
Hinc acies statura ducum est: Cæsarne senatus
Apostrophe ad fortunam.
Victor erit? non tam cæco trahis omnia cursu,
Teq; nihil fortuna pudet? multis ne rebellis
Gallia iam lustris, ætasq; impensa labori
Dant animos? Rheni gelidis quòd fugit ab undis,
Oceanumq; uocans incerti stagna profundi,
Pompeiusres gestas Cæsaris minuẽs asserit illum terga Britannis uertisse.
Territa quæsitis ostendit terga Britannis?
An uanæ tumuere minæ, quòd fama furoris
Expulit armatam patrijs è sedibus urbem?
Heu demens non te fugiunt, me cuncta sequuntur,
Præclara sua facinora commemorat Pompeius quibus iubinde uir-

Augu-

Angustáq; domum terrarum in sede popoſcit.
Idem per Scythici profugum diuortia ponti
Indomitum regem, Romanáq; fata morantem,
Ad mortem Sylla felicior ire coêgi.
Pars mundi mihi nulla uacat, ſed tota tenetur
Terra meis quocunq; iacet ſub ſole trophæis.
Hinc me uictorem gelidas ad Phaſidos undas
Arctos habet, calida medius mihi cognitus axis
Aegypto, atq; umbras nuſquam flectente Syene,
Occaſus mea iura timent. Tethymq; fugacem
Qui ferit Heſperius poſt omnia flumina Bethis.
Me domitus cognouit Arabs, me Marte feroces
Aeniochi, Notiq; erepto uellere Colchi.
Cappadoces mea ſigna timent, & dedita ſacris
Incerti Iudæa dei, mollesq; Sophenæ:
Armenios, Cilicasq; feros, tauroſq; ſubegi:
Quod ſocero bellum præter ciuile reliqui?
Verba ducis nullo partes clamore ſequuntur.
Nec matura petunt promiſſæ claſſica pugnæ.
Senſit & ipſe metum Magnus, placuitq; referri
Signa, nec in tantæ diſcrimina mittere pugnæ
Iam uictum fama non uiſi Cæſaris agmen.
Pulſus ut armentis primo certamine taurus
Syluarum ſecreta petit, uacuosq; per agros
Exul in aduerſis explorat cornua truncis,
Nec redit in paſtus, niſi cum ceruice recepta

eutempuam extollit.
Varij populi ſubacti à Pompeio.

Proſequitur uictorias ſuas Pompeius, ut exilijs futuræ uictoriæ ſpem conſipiant milites ſui.

Syene.

Bethis.

Arabs.
Aeniochi.
Cappadoces.
Iudæam Dei ueri cultricẽ infidelis poeta notat.
Sophenæ.
Armenij.
Cilices.
Præ timore Cæſaris nullus militum Pompeiana oratione ſuſtinta uerbum fecit.

Comparatio.

Excuſſi placuere tori, mox reddita uictor
Quoslibet in ſaltus comitantibus agmina tauris
Inuito paſtore trahit, ſic uiribus impar
Quia præcipua res, quæ reſtat in hoc libro recitanda, Brundoſium agebatur ideo latius deſcribitur. Tradidit Heſperiam, profugusq; per Appula rura
Brunduſij tutas conſcendit Magnus in arces.
Vrbs eſt Dictæis olim poſſeſſa colonis,
Quos profugos Creta uexere per æquora puppes
Cecropiæ uictum mentitis Theſea uelis.
Hanc latus anguſtum iam ſe cogentis in arctum
Heſperiæ, tenuem producit in æquora linguam
Hadriacas flexis claudit quæ cornibus undas:
Nec tamen hoc arctis immiſſum faucibus æquor
Portus erat, ſi non uiolentos inſula Coros
Exciperet ſaxis, lapſasq; refunderet undas,
Hinc illinc montes ſcopuloſæ rupis aperto
Oppoſuit natura mari, flatusq; remouit,
Vt tremulo ſtarent contentæ fune carinæ:
Hinc latè patet omne fretum, ſeu uela ferantur
Corcyra inſula Ionij maris. In portus Corcyra tuos, ſeu læua petatur
Illyris, Ionias uergens ue Epidaurus in undas:
Epidaurus Græciæ ciuitas. Hinc fuga nautarum, quum totas Hadria uires
Mouit, & in nubes abiere Ceraunia, cumq;
Saſon inſula contra Calabriam. Spumoſo Calaber perfunditur æquore Saſon.
Regreſſus ad hiſtoriam. Ergo ubi nulla fides rebus poſt terga relictis,
Nec licet ad duros Martem conuertere Iberos,
Quum mediæ iacent immenſis tractibus Alpes:

Tunc

Tunc sobole ex tanta natum, cui firmior ætas,
Affatur: mundi iubeo tentare recessus,
Euphratem, Nilumq; moue, quò nominis usq;
Nostri fama uenit, qua est uulgata per urbes
Post me Roma ducem, sparsos per rura colonos
Redde mari Celicas, Pharios hinc concute reges,
Tygranemq; meum, nec Pharnacis arma relinquas
Admoneo: nec tu populos utraq; uagantes
Armenia, Pontiq; feras per littora gentes,
Riphæasq; manus: & quas tenet æquore denso
Pigra palus Schythici patiens Mæotica plaustri.
Sed quid plura moror? totos mea nate per ortus
Bella feres, totoq; urbes agitabis in orbe
Perdomitas, omnes redeant in castra triumphi.
Et uos qui Latios signatis nomine fastos
Primus in Epirum Boreas agat, inde per arua
Graiorum Macedonumq; acquirite uires,
Dum paci dat tempus hyems. sic fatur, & omnes
Iussa gerunt, soluuntq; cauas à littore puppes.
At nunquam patiens pacis longæq; quietis
Armorum (ne quid fatis mutare liceret)
Assequitur, generiq; premit uestigia Cæsar.
Sufficerent alijs tot primo mœnia cursu
Rapta, tot oppressæ depulsis hostibus arces:
Ipsa caput mundi bellorum maxima merces
Roma capi facilis: sed Cæsar in omnia præceps,

Filium maiorem natu Pompeius alloquitur.

Euphrates fluuius Armeniæ.

Hortatur consules.

Fasti sunt libri in quibus totius anni dies & festa ponuntur, ut scribit Fest. Redit ad Cæsarem.

Cæsar ad omnia præceps subitusq;

Nil actum credens, quum quid supereſſet agendum,
Inſtat atrox, & adhuc quamuis poſſederit omnem
Italiam extremo ſedeat quòd littore Magnus,
Communem tamen eſſe dolet, nec rurſus aperto
Vult hoſtes errare freto, ſed molibus undas
Obſtruit, & latum deiectis rupibus æquor.

Comparatio. Cedit in immenſum caſſus labor, omnia pontus
Erix mõs eſt Siciliæ omnium qui in ea inſula ſunt maximus, ut Polybius ſcribit. At is non uidetur in Aegæum poſſe depelli, cum longe diſtet: forſan ergo non Erix, ſed Eſtis legendum, qui eſt in ora Macedoniæ.
Haurit ſaxa uorax, montesq; immiſcet arenis.
Vt maris Aegæi medias ſi celſus in undas
Depellatur Erix, nullæ tamen æquore rupes
Emineant, uel ſi conuulſo uertice Gaurus
Decidat in fundum penitus ſtagnantis Auerni.
Ergo ubi nulla uado tenuit ſua pondera moles,
Tunc placuit cæſis innectere uincula ſyluis,
Roboraq; immenſis latè religare catenis.
Tales fama canit tumidum ſuper æquora Xerxem
Conſtruxiſſe uias, multum quum pontibus auſus,
Xerxes rex Perſarum, ex quo ſumitur comparatio.
Europamq; Aſiæ, Seſtonq; admouit Abydo,
Inceſitq; fretum rapidi ſuper Helleſponti,
Non Eurum, Zephyrumq; timens, cùm uela, ratesq;
In medium deferret Athon, ſic ora profundi
Arctantur caſu nemorum, tunc aggere multo
Surgit opus, longæq; tremunt ſuper æquora turres
Anxiatur Pompeius.
Pompeius tellure noua compreſſa profundi
Ora uidens, curis animum mordacibus angit,
Vt referet pelagus, ſpargatq; per æquora bellum,

Sæpè

Sæpè noto plenæ, tensisq; rudentibus actæ
Ipsa maris per claustra rates fastigia molis
Discussere salo, spaciumq; dedêre carinis,
Tortaq; per tenebras ualidis ballista lacertis,
Multifidas iaculata faces. ut tempora tandem
Furiæ placuere fugæ, ne littora clamor
Nauticus exagitet, neu buccina diuidat horas,
Neu tuba præmonitos perducat ad æquora nautas,
Præcepit socijs. iam cœperat ultima urgo
Phœbum laturas ortu præcedere chelas,
Cùm taciti soluêre rates, non anchora uoces
Mouit, dum spicis aucllitur uncus arenis,
Dum iuga curuantur mali, dumq; ardua pinus
Erigitur, pauidi classis siluere magistri,
Strictaq; pendentes deducunt carbasa nautæ,
Nec quatiunt ualidos, ne sibilet aura, rudentes.
Dux etiam uotis hoc te fortuna precatur,
Quam retinere uetas, liceat sibi perdere saltem
Italiam. uix fata sinunt, nam murmure uasto
Impulsum rostris sonuit mare, fluctuat unda,
Totq; carinarum permixtis æquora sulcis.
Ergo hostes portis, quas omnes soluerat urbis
Cum fato conuersa fides, murisq; recepti,
Præcipiti cursu flexi per cornua portus
Ora petunt, pelagusq; dolent contingere classes.
Heu pudor exigua est fugiens uictoria Magnus.

Clanculũ abeundum esse socios monet. Aequinoctium autumnale auroramq; describit.

Carbasa sunt lina ex quibus uela nautum conficiuntur, ut refert Seruius.

Apostrophe ad fortunam.

Fides cũ fortuna mutatur Commemorat ut Brundusini post fugam Pompei receperunt Cæsarem.

Angustus puppes mittebat in æquora limes
Arctior Euboica quæ chalcida uerberat unda.
Duæ naues ob maris angustias à Cæsarianis remotæ sunt.
Hîc hæsere rates geminæ classiq; paratas
Excepere manus, tractoq; in littora bello,
Hîc primùm rubuit ciuili sanguine Nereus.
Similitudo.
Cætera classis abit summis spoliata carinis,
Vt Pagasæa ratis peteret quum Phasidos undas,
Cyaneas tellus emisit in æquora cautes.
Rapta puppe minor subducta est montibus Argo,
Vanaq; percussit pontum Symplegas inanem,
Et statura redit. iam Phœbum urgere monebat
Non idem Eoi color ætheris, albaq; nondum
Ortus diei ap propinquantis per periphrasim descriptio.
Lux rubet, & flammas propioribus eripit astris,
Et iam Pleias habet, flexi iam plaustra Bootæ
In faciem puri redeunt languentia cœli,
Septẽtriones dicuntur plaustrum cuius custos est Bootes, unde dicitur Arcto philax.
Maioresq; latent stellæ, calidumq; refugit
Lucifer ipse diem. pelagus iam magne tenebas
Non ea fata ferens, quæ quum super æquora toto
Prædonem sequerere mari, lassata triumphis
Destituit fortuna tuis, cum coniuge pulsus
Et natis, totosq; trahens in bella penates,
Vadis adhuc ingens populis comitantibus exul.
Apostrophe ad Pompeium.
Quæritur indignæ sedes longinqua ruinæ.
Non quia te superi patrio priuare sepulchro
Bustum sepulchrũ dicitur.
Maluerint, Phariæ busto damnatur arenæ.
Parcitur Hesperiæ, procul hoc ut in orbe remoto

Abscon-

Abſcondat fortuna nefas, Romanaq; tellus
Immaculata ſui ſeruetur ſanguine Magni.

Libri ſecundi finis.

M. ANNEI LVCANI
PHARSALIAE
LIBER III.

SVLPITII ARGVMENTVM.

Tertius exponit fugientis ſomnia Magni,
Atq; ut Trinacrius eſt Curio miſſus in urbes:
Brunduſio reditum deſcribit Cæſaris: inde
Prædantem fiſcum, cui uult obſtare Metellus:
Hinc populos Magnum qui ſunt in bella ſecuti,
Vtq; iter accelerans Hiſpanas Cæſar in oras,
Maſſyliam fidam uexat terraq;, mariq;:
Moxq; abiens Bruto uictori bella relinquit.

PROPVLIT *ut claſſem uelis cedentibus Auſter*
Incumbens, mediumq; rates tenuere profundum,
Omnis in Ionios ſpectabat nauita fluctus,

In principio huius tertij̃ deſcribit quomodo Pompeius à Brunduſio profectus, ſubinde Italiam reſpexit, ut quam non amplius

Solus

erat uisurus, quum nõ constaret Pompeio Pompeij nauigatio.

Solus ab Hesperia non flexit lumina terra
Magnus, dum patrios portus, dum littora nunquam
Ad uisus reditura suos, tectumq; cacumen
Nubibus, & dubios cernit uanescere montes.
Inde soporifero cesserunt languida somno

Sopitus Pompeius Iuliam uxorem per somnum uidere uisus est.

Membra ducis: diri tum plena horroris imago
Visa caput mœstum per hiantes Iulia terras

Iuliæ umbræ ad Pompeium sermo.

Tollere, & accenso furialis stare sepulchro.
Sedibus elysijs, campoq; expulsa piorum,
Ad stygias (inquit) tenebras, manesq; nocentes
Post bellum ciuile trahor, uidi ipsa tenentes
Eumenidas qua terent quas uestris lampadas armis.
Præparat innumeras puppes Acherontis adusti
Portitor, in multas laxantur tartara pœnas.
Vix operi cunctæ dextra properante sorores
Sufficiunt, lassant rumpentes stamina Parcas.
Coniuge me lætos duxisti Magne triumphos,
Fortuna est mutata toris, semperq; potentes
Detrahere in cladem fato damnata maritos.

Corneliam in odium adducit.

En nupsit tepido pellex Cornelia busto.
Hæreat illa tuis per bella, per æquora signis,
Dum non securos liceat mihi rumpere somnos,
Et nullum uestro uacuum sit tempus amori,

Lethææ animæ iã purgatæ Lethæum fluuium potare dicũtur, ut præterita obliuiscantur.

Sed teneat Cæsarq; dies, & Iulia noctes.
Me non lethææ coniunx obliuia ripæ
Immemorem fecere tui, regesq; silentum

Permi-

Permisere sequi. ueniam te bella gerente
In medias acies, nunquam tibi Magne per umbras,
Perq; meos manes generum non esse licebit,
Abscindis frustra ferro tua pignora, bellum
Te faciet ciuile meum. sic fata: refugit
Vmbra per amplexus trepidi delapsa mariti.
Ille, dei quamuis cladem, manesq; minentur,
Maior in arma ruit certa eum mente malorum.
Ecquid (ait naui terremur imagine uisus)
Aut nihil est sensus animis à morte relictum,
Aut mors ipsa nihil. Titan iam pronus in undas
Ibat, & igniferi tantum demerserat orbis,
Quantum deesse solet lunæ, seu plena futura est,
Seu iam plena fuit, tunc obtulit hospita tellus
Puppibus accessus faciles: legêre rudentes
Et posito remis petierunt littora malo.
Cæsar ut emissas uenti rapuere carinas,
Absconditq; fretum classes, & littore solus
Dux stetit Hesperio, non illum gloria pulsi
Lætificat Magni: quæritur quòd tuta per æquor
Terga ferant hostes: neq; enim iam sufficit ulla
Præcipiti fortuna uiro, nec uincere tanti,
Vt bellum differret, erat. tum pectore curas
Expulit armorum, pacíq; intentus agebat,
Quoq; modo uanos populi conciret amores
Gnarus, & irarum causas & summa fauoris

Pōpeij experrecti sermo.
Epicuri sententia.
Solis occasus Pompeio Dirrachiopropinquante.
Ad Cæsarem reuersio.

Annona

Annonam nō modo appellamus fructus oēs, quos terra pducit ad usum uitę necessarios, sed annuum prouentum quarumcunq; rerum quæ in nostro usu sunt.

Annona momenta trahi. nanque asserit urbes
Sola fames, emiturq; metus, cùm segne potentes
Vulgus alunt. nescit plebs ieiuna timere.
Curio Sicanias transcendere iussus in urbes,
Quà mare tellurem subitis aut obruit undis,
Aut scidit, & medias fecit sibi littora terras.
Vis illic ingens pelagi, semperq; laborant
Aequora, ne rupti repetant confinia montes,
Bellaq; Sardoas etiam sparguntur in oras.

Sicilię & Sardiniæ feracitas.

Vtraq; frugiferis est insula nobilis aruis.
Nec plus Hesperiam longinquis messibus ullæ,
Nec Romana magis complerunt horrea terræ.
Vbere uix glebæ superat cessantibus Austris,
Quum medium nubes Borea cogente sub axem
Effusis magnum Lybiæ tulit imbribus annum.
Hæc ubi sunt prouisa duci, tunc agmina uictor
Non armata trahens, sed pacis habentia uultum,

Cęsaris impietatem imprudentiamq; taxat.

Tecta petit patriæ. prò si remeasset in urbem
Gallorum tantum populis, Arctoq; subacta,
Quam seriem rerum longa præmittere pompa,
Quas potuit belli facies sut uincula Rheno
Oceanoq; daret, celsos ut Gallia currus
Nobilis, & flauis sequeretur mixta Britannis.
Perdidit ô qualem uincendo plura triumphum,

Cęsarē metuebāt ciuitates, non amabant

Non illum lætis ualentem cœtibus urbes,
Sed tacitæ uidere metu, non constitit usquam

Obuia

Obuia turba ducis gaudet tamen esse timori
Tam magno populis, & se nec mallet amari.
Iamq; & præcipites superauerat Anxuris arces,
Et quà Pontinas uia diuidit uda paludes,
Quà sublime nemus, Scythicæ quà regna Dianæ,
Quaq; iter est Latijs ad summam fascibus Albam,
Excelsa de rupe procul iam conspicit urbem,
Arctoi toto non uisam tempore belli,
Miratusq; suæ sic fatur mœnia Romæ:
Te'ne deûm sedes non ullo Marte coacti
Deseruere uiri? pro qua pugnabitur urbe?
Dij meliùs, quòd non Latias Eous in oras
Nunc furor incubuit, nec iuncto Sarmata uelox
Pannonio, Dacisq; Getes admixtus. habenti
Tam pauidum tibi Roma ducem fortuna pepercit,
Quòd bellum ciuile fuit. sic fatur: & urbem
Attonitam terrore subit. nanq; ignibus atris
Creditur ut captæ rapturus mœnia Romæ,
Sparsurusq; deos, fuit hæc mensura timoris,
Velle putant quodcunq; potest: non omnia festa,
Non fictis læto uoces simulare tumultu,
Vix odisse uacat. Phœbeia palatia complet,
Turba patrum, nullo cogendi iure senatus,
E latebris educta suis. non consule sacræ
Fulserunt sedes: non proxima lege potestas
Prætor adest, uacuæq; loco cessere Curules.

Ex Albana arce Romam prospiciens Cæsar cum stupore in eam apostrophat.

Sarmatæ populi sunt Scythiq, alio noie dicti Sauromatæ.

Romã Cæsar ingreditur sui introitus terrore concussam.

Oẽs magistratus aduenante Cæsare confugerunt.

Omnia

Conuenerunt senatores, ut testes essent eorum quæ fecerat Cæsar.

Omnia Cæsar erat, priuatæ curia uocis
Testis adest, sedere patres censere parati,
Si regnum, si templa sibi, iugulumq; senatus,
Exiliumq; petat, melius, quòd plura iubere
Erubuit. quàm Roma pati. tamen exit in iram
Viribus an possent obsistere iura per unum

Metellus Tribu. pleb. Cæsari ærarium infregenti reluctatur.

Libertas experta uirum, pugnaxq; Metellus
Vt uidet ingenti Saturnia templa reuelli
Mole, rapit gressus, & Cæsaris agmina rumpens
Ante fores nondum reseratæ constitit ædis,

Sententia qua hominem, & in primis Metelli insciti am arguit, qui potius pro auro, quàm pro legibus tuendis decerraret.

(Vsq; adeò solus ferrum mortemq; timere
Auri nescit amor: pereunt discrimine nullo
Amissæ leges, sed pars uilissima rerum
Certamen mouistis opes) prohibensq; rapina
Victorem clara testatur uoce Tribunus:

Obiurgatiua admodum, cõ uiolataq; Metelli aduersus Cæsarem ac Cæsarianos oratio

Non nisi per nostrum uobis percussa patebunt
Templa latus, nullasq; feres nisi sanguine sacro
Sparsas raptor opes, certè uiolata potestas
Inuenit ista Deos, Crassumq; in bella secutæ
Sæua Tribuniciæ uouerunt prælia diræ.
Detege iam ferrum, neq; enim tibi turba uerenda est
Spectatrix scelerum, deserta stamus in urbe.
Non feret è nostro sceleratus præmia miles,
Sunt quos prosternas populi, quæ mœnia dones:
Pacis ad exhaustæ spolium non cogit egestas:
Bellum Cæsar habes, his magnam uictor in iram

Voci-

Vocibus accensus: uanam spem mortis honestæ
Concipis: haud (inquit) iugulo se polluet isto
Nostra Metelle manus: dignum te Cæsaris ira
Nullus honos faciet. te uindice tuta relicta est
Libertas? non usq; adeò permiscuit imis
Longus summa dies, ut non, si uoce Metelli
Seruentur leges, malint à Cæsare tolli.
Dixerat: & nondum foribus cedente Tribuno
Acrior ira subit: sæuos circunspicit enses
Oblitus simulare togam, tum Cotta Metellum
Compulit audaci nimium desistere cœpto.
Libertas inquit populi, quem regna coërcent
Libertate perit, cuius seruaueris umbram,
Si quicquid iubeare, uelis: tot rebus iniquis
Paruimus uicti, uenia est hæc sola pudoris,
Degenerisq; metus, nil iam potuisse negari.
Ocyus auertat diri mala semina belli.
Damna mouent populos, si quos sua iura tuentur,
Non sibi sed domino grauis est quæ seruit egestas.
Protinus abducto patuerunt templa Metello,
Tunc rupes Tarpeia sonat, magnoq; recluſas
Testatur stridore fores, tunc conditus imo
Eruitur templo multis intactus ab annis
Romanus census populi, quem Punica bella,
Quem dederat Perses, quem uicti præda Philippi,
Quod tibi Roma fuga Pyrrhus trepidante reliquit,

Cotta Metelli collega ipsum alloquitur.

A maiori argumentatur.

Cedit Metellus.

A Cæsarianis eripitur copiosissimus ærarij thesaurus ex multorum et quippe opulentorum regum exuuijs coaceruatus.

Quo te Fabritius regi non uendidit auro?
Quicquid parcorum mores seruastis auorum,
Quod dites Asiæ populi misere tributum,
Victoriq; dedit Minoia Creta Metello,
Quod Cato longinqua uexit super æquora Cypro.
Tunc orientis opes, captorumq; ultima regum
Quæ Pompeianis prælata est gaza triumphis
Egeritur, tristi spoliantur templa rapina,
Pauperiorq; fuit tunc primum Cæsare Roma.
Interea totum Magni fortuna per orbem
Secum casuras in prælia mouerat urbes.
Proxima uicino uires dat Græcia bello:
Phocaicas Amphisa manus, scopulosaq; Cyrrha,
Parnassusq; iugo misit desertus utroq;.
Bœoti coiere duces, quos impiger ambit
Fatidica Cephisos aqua, Cadmæaq; Dirce,
Pisæaq; manus, populisq; per æquora mittens
Sicanijs Alpheus aquas, tunc Menala liquit
Arcas, & Herculeam miles Trachinius Oeten.
Thesproti, Dryopesq; ruunt, quercusq; silentes
Chaonio ueteres liquerunt uertice Sellæ.
Exhausit totas quamuis delectus Athenas,
Exiguæ Phœbea tenent naualia puppes,
Tresq; petunt ueram credi Salamina carinæ.
Iam dilecta Ioui centenis uenit in arma
Creta uetus populis, Gnosasq; agitare pharetras

Varios populos, qui Pompeij partes aduersus Cæsarem insecuti sunt, describit: & primo qui ex Europa.
Phocenses, Cyrrhei.
Thebani.
Pisani.
Sicani.
Arcadi.
Thesproti.
Dryopes.
Chaonij.
Athenienses.
Salamini.
Cretenses.

Docta

Docta, nec Eois peior Gortyna sagittis.
Tunc qui Dardaniam tenet Orithon, & uagus altis
Dispersus syluis Athamas, & nomine Prisco
Encheliæ uersi testantes funera Cadmi
Colchis, & Adriacas spumans Absyrtos in undas
Et Penei, qui rura colunt, quorumq; labore
Thessalus Aemoniam uomer proscindit Hiolcon.
Inde laceßitum primo mare, quum rudis Argo
Miscuit ignotas temerato littore gentes,
Primaq; cum uentis, pelagiq; furentibus undis
Composuit mortale genus, fatisq; per illam
Acceßit mors una ratem tunc linquitur Hemus
Thracius, & populum Pholoë mentita biformem:
Deseritur Strymon tepido committere Nilo
Bistonias consuetus aues, & barbara Cone
Sarmaticas ubi perdit aquas, sparsamq; profundo
Multifidi Peucen unum caput alluit Istri,
Mœsiaq;, & gelido tellus perfusa Caico
Idalis, & nimium glebis exilis Arisbe.
Quiq; colunt Pytanen, & quæ tua munera Pallas
Lugent damnatæ Phœbo uictore Celenæ,
Quà celer ereptis descendens Marsya ripis
Errantem Mæandron adit, mixtusq; refertur,
Passaq; ab auriferis tellus exire metallis
Pactolon: quà culta secat non uilior Hermus.
Iliacæ quoq; signa manus, perituraq; castra

Encheligurbs ab enchelis. i, serpentibus dicta.
Colchis.
Argo nauis.
Ars nauigandi reperta.
De huiusce artis inuentione lege Eusebiũ de præparatione Euangelica.
Hemus mons Thraciæ.
Pholoë mons Arcadicus & oppidum centaurorũ, quos biformes uocat.
Strymon fluuius Thracus.
Grues aues Thraciæ.
Peuce ostium fluminis Istri.
Arisbe oppidum.
Celenæ urbs Phrygiæ.
Marsyas, qui Marsyæ flumini nomen dedit.
Pactolus & Hermus fluuij Lydiæ auriferi.

Ominibus petiere suis, nec fabula Troiæ
Continuit, Phrygijq; ferens se Cæsar Iuli,
Accedunt Syriæ populi, desertus Orontes,
Et felix (sic fama) Ninos, uentosa Damascus,
Gazaq;, & arbusto palmarum diues Idume.
Et Tyros instabilis, precioseq; murice Sidon,
Has ad bella rates non flexo limite ponti,
Certior haud ullis duxit Cynosura carinis.
Phœnices primi, famæ si creditur, ausi
Mansuram rudibus uocem signare figuris.
Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Nouerat, & saxis tantum, uolucresq;, feræq;,
Sculptaq; seruabant magicas animalia linguas.
Deseritur Tauriq; nemus, Perseaq; Tarsos,
Coryciumq; patens exesis rupibus antrum,
Mallos, & extremæ resonant naualibus Aegæ,
Itq; Cilix iusta iam non pyrata carina.
Mouit & Eoos bellorum fama recessus
Qua colitur Ganges, toto qui solus in orbe
Ostia nascenti contraria soluere Phœbo
Audet, & aduersum fluctus impellit in Eurum.
Hic ubi Pellæus post Tethyos æquora ductor
Constitit, & magno uinci se fassus ab orbe est,
Quaq; ferens rapidum diuisio gurgite fontem
Vastis Indus aquis mixtum non sentit Hydaspen,
Quiq; bibunt tenera dulces ab arundine succos,

Et

Syriã Asiæ populi.
Orontes fluuius Syriæ.
Damascus.
Tyros, Sidon urbes Syriæ.
Cynosura stella.
Phœnices Syriæ populi Iudææ finitimi literarum inuentores.
Memphis Aegyptia ciuitas.
Taurus mõs Ciliciæ.
Tarsus ciuitas Ciliciæ.
Corycos Ciliciæ portus & oppidum.
Mallos oppidum.
Ganges Indiæ fluuius.
Alexander Pellæus à Pelle oppi. Macedonum.
Indus fluuius Hydaspes.
Indiæ meminit cum admiratione.

Et qui tingentes croceo medicamine crinem,
Fluxa coloratis astringunt carbasa gemmis,
Quique suas struxere pyras, uiuique calentes
Conscendêre rogos. Prò quanta est gloria genti
Iniecisse manum fatis, uitaq; repletos
Quod superest donasse deis. Venere feroces
Cappadoces duri, populus nunc cultor Amani,
Armeniusq; tenens uoluentem saxa Nyphatem.
Aethera tangentes syluas liquere Coastræ.
Ignotum uobis Arabes uenistis in orbem,
Vmbras mirati nemorum non ire sinistras.
Tum furor extremos mouit Romanus Orestas,
Carmanosq; duces, quorum deflexus in Austrum
Aether, non totam mergi tamen aspicit Arcton,
Lucet & exigua uelox ibi nocte Bootes.
Aethiopumq; solum, quod non premeretur ab ulla
Signifer regione poli, nisi poplite lapso
Vltima curuati procederet ungula Tauri.
Quaq; caput rapido tollit cum Trigide magnus
Euphrates, quos non diuersis fontibus êdit
Persis, & incertum, tellus si misceat amnes.
Quod potiùs sit nomen aquis, sed sparsus in agros
Fertilis Euphrates Phariæ uice fungitur undæ.
At Tygrim subito tellus absorbet hiatu,
Occultosq; tegit cursus, rursusq; renatum
Fonte nouo flumen pelagi non abnegat undis.

Cappadoces Amanus mõs Syriam à Cilicia seiungẽs Nyphates fluuius Armeniæ.

Euphrates & Tygris Armeniæ flumina. Persis Orientalis regio iuxta Gedrosiã.

Parthi dubij.

Inter Cæsareas acies, diuersáq; signa
Pugnaces dubium Parthi tenuere fauorem

Bactros Scythiæ fluuius.

Contenti fecisse duos, tinxere sagittas

Hircania.

Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros

Lacedæmones.

Includit gelido, uastisq; Hircania syluis:

Oeniochi.

Hinc Lacedæmonij moto gens aspera freno

Moschi.

Oeniochi, sæuisq; affinis Sarmata Moschis,

Phasis fluuius

Colchorum quà rura secat ditissima Phasis,

Tanais ex Riphæis montibus emergens & à Tano Scytharum rege dictus est

Quà Crœso fatalis Halys, quà uertice lapsus
Riphæo Tanais diuersi nomina mundi
Imposuit ripis, Asiæq; & terminus idem
Europæ, & mediæ dirimens confinia terræ.
Nunc huc, nunc illuc, quà flectitur ampliat orbem,
Quaq; fretum torrens Mæotidos egerit undas
Pontus, & Herculeis aufertur gloria metis,

Hic locus Lucani sic ab alijs interpretatur, ut dicant ab Alexãdro Magno positas fuisse in Ponto Euxino aras pro meris terminisq; expeditionum, sicuti ab Hercule in mari Gaditano columnæ positæ fuisse ferũtur: nec quisquam est qui non æstimet hoc à Lucano significari, & hanc sententiam optime quadrare. Sed profecto longè aliud est, quàm quod opinantur. Voluit ẽm Lucanus illorum scriptorum opinionem significare, qui maria omnia interiora nasci existimauerunt, non à freto Gaditano, sicuti plericq; omnes affirmãt, sed à Ponto Euxino. Cuius opinionis haud improbabile argumẽtum est, quoniam æstus semper è Ponto profluens, nunq; reciprocatur ad eundem, sicuti Solinus & Plinius tradiderunt. Sensus itaq; Lucani hic erit: Põrum Euxinum auferre illam gloriam meris Herculeis, quæ scilicet est nulgatissima, Herculem Abylam quæ in Africa est: & Calpẽ quæ in Hispania, iunctos olim colles diremisse, atq; ita maria Mediterranea admissa fuisse: ideo autem Pontus Euxinus auferre dicitur hanc gloriam Herculi, quia maria omnia interiora illo capite nascuntur, non à Gaditano freto: & ita hęc gloria admissi intra terras Oceani, erit Ponto Euxino, non Herculi ad-

Ita scribenda. Quod expressius significare uolens Lucanus subiunxit

Oceanumq; negat solas admittere Gades.
Hinc & Sydoniæ gentes, auroq; ligatas
Substringens Arimaspe comas, hinc fortis Arius, Arimaspi Scythiæ populi.
Longaq; Sarmatici soluens ieiunia belli,
Massagetes quò fugit equo, uolucresq; Geloni. Massagetes. Geloni.
Non (quum Memnonijs deducens agmina regnis
Cyrus, & effusis numerato milite telis
Descendit Perses, fraterniq; ultor amoris
Aequora quum tantis percußit classibus) unum
Tot reges habuere ducem, coiere nec unquam
Tam uariæ cultu gentes, tam dissona uulgi
Ora, tot immensæ comites * missura ruinæ
Exciuit populos, & dignas funere Magni
Exequias fortuna dedit: non corniger Ammon Ammon Marmarica regio.
Mittere Marmaricas cessauit in arma cateruas.
Quicquid ab occiduis Libiæ patet arida Mauris Mauri.
Vsq; Paretonias Eoa ad littora Syrtes, Paretonium urbs Aegypti
Acciperet felix, ne non semel omnia Cæsar,
Vincendum pariter Pharsalia præstitit orbem.
Ille ubi deseruit trepidantis mœnia Romæ
Agmine nubiferam rapto superuolat Alpem. Alpes excelsi Italiæ montes.
Cumq; alij fame populi terrore pauerent
Phocais in dubijs ausa est seruare iuuentus
Non Graia leuitate fidem, signataq; iura,
Et causas, non fata sequi. tamen ante furorem

Nec Cyrus, nec Perses, nec Agamemnon tot habuerunt milites quot in Pompeij auxilium conueniebant

* aliâs mixtura.

Indomitum, duramq; uiri deflectere mentem
Pacifico sermone parant, hostemq; propinquum
Orant. Cecropiæ prælata fronde Mineruæ.
Semper in externis populo communia uestro
Massyliam bellis testatur fata tulisse
Comprensa est Latijs quæcunq; annalibus ætas,
Et nunc ignoto si quos petis orbe triumphos,
Accipe deuotas externa in prælia dextras.
At si funestas acies, si dira paratis
Prælia discordes, lachrymas ciuilibus armis,
Secretumq; damus, tractentur uulnera nulla
Sacra manu, si cœlicolis furor arma dedisset,
Aut si terrigenæ tentarunt astra gigantes,
Non tamen auderet pietas humana uel armis
Vel uotis prodesse Ioui, sortisq; deorum
Ignarum mortale genus, per fulmina tantùm
Sciret adhuc cælo solum regnare tonantem.
Adde quòd innumeræ concurrunt undiq; gentes,
Nec sic horret iners scelerum contagia mundus,
Vt gladijs egeant ciuilia bella coactis,
Sit mens ista quidem cunctis, ut uestra recusent
Fata, nec hæc alius committat prælia miles,
Cui non conspecto languebit dextra parente?
Telaq; diuersi prohibebunt spargere fratres:
Finis adest rerum, si non committitis illis
Arma, quibus fas est, nobis hæc summa precandi

Contagiõcontagio contagies à cum & ago, id est, morbus qui ex contactu contrahitur.

Terri-

Terribiles aquilas, infestaq; signa relinquas
Vrbe procul, nostrisq; uelis te credere muris,
Excludiq; sinas admisso Cæsare bellum.
Sit locus exceptus sceleri, Magnoq; tibiq;
Tutus, ut inuictæ fatum si consulat urbi,
Fœdera si placeant, sit quò ueniatis inermes:
Vel cum tanta nocent discrimina Martis Iberi,
Quid rapidum deflectis iter? non pondera rerum,
Nec momenta sumus, nunquam felicibus armis
Vsa manus patriæ primis à sedibus exul,
Et post translatas exustæ Phocidos arces,
Mœnibus exiguis alieno in littore tuti
Illustrat quos sola fides. si claudere muros
Obsidione paras, & ui perfringere portas,
Excepisse faces tectis, & tela parati,
Vndarum raptos auersis fontibus haustus
Quærere, & effossam sitientes lambere terram,
Et desit si larga Ceres, tunc horrida cerni,
Fœdaq; contingi maculato corpora morsu:
Nec pauet hic populus pro libertate subire
Obsessum Pœno gessit quod Marte Saguntum.
Pectoribus rapti matrum, frustraq; trahentes
Vbera ficca fame mollios mittentur in ignes,
Vxor & à charo poscet sibi fata marito,
Vulnera miscebunt fratres, bellumq; coacti
Hoc potiùs ciuile gerent. sic Graia iuuentus

Quę precaturi sunt colligẽtes petunt solum Cęsarem toto seclusoexercitu urbẽ Massylienliũ ingredi.

Extenuant uires suas.

Argumẽtatio legatorum à difficili, ut Cęsarem perterrefaciant, quicos difficile superari posse demonstrant: qui de salute desperantes extrema quæque tolerare in se defendendis statuerunt.

Saguntum Hispaniæ oppidum.

 Finierat,

Finita Massylienſiũ oratione uehementi Cæſar excanduit ira.

Finierat, cùm turbato iam prodita uultu
Ira ducis tandem teſtata eſt uoce dolorem.

Cæſar hoc orationeme rariam Massylienſium conſidentiamargu ens, ſeuere ſtatuiſſe Massylliam deletum legatis denunciat.

Vana mouet Graios noſtri fiducia curſus,
Quamuis Heſperium mundi properemus ad axem,
Maßyliam delere uacat. gaudete cohortes,
Obuia præbentur fatorum munere bella.
Ventus ut amittit uires, niſi robore denſæ
Occurrant ſyluæ ſpacio diffuſus inani,
Vtq; perit magnus nullis obſtantibus ignis,
Sic hoſtes mihi deeſſe nocet, damnumq; putamus
Armorum, niſi qui uinci potuere, rebellent.
Sed ſi ſolus eam dimiſſis degener armis,

Proſequitur orationem ſuam Cæſar.

Tunc mihi tecta patent, iam non excludere tantùm,
Incluſiſſe uolunt, at enim contagia belli

Pœnas Massylienſibus pro petita pace minitatur.

Dira fugant, dabitis pœnas pro pace petita,
Et nihil eſſe meo diſcetis tutius æuo,

Massylliam inuadit eam oppugnaturus.

Quàm duce me bellum. ſic poſtquam fatus ad urbem
Haud trepidam conuertit iter, tunc mœnia clauſa
Conſpicit, & denſa iuuenum uallata corona.

Locus caſtrorum Cæſariani exercitus deſcribitur.

Haud procul à muris tumulus ſurgentis in altum
Telluris, paruum diffuſo uertice campum
Explicat, hæc patiens longo manimine cingi
Viſa duci rupes, tutisq; aptißimꝰ caſtris.

Maxima pars urbis Massylienſis ſita eſt in edito loco.

Proxima pars urbis celſam conſurgit in arcem
Par tumulo, medijsq; ſedent conuallibus arua.
Tunc res immenſo placuit ſtatura labore,

Aggere

Aggere diuersos uasto committere colles,
Sed prius ut totam, quà terra cingitur, urbem
Clauderet, à summis perduxit ad æquora castris
Longum Cæsar opus, fontesq; & pabula campi
Amplexus fossa, densas tollentia pinnas
Cespitibus, crudaq; extruxit brachia terra.
Iam satis hoc Graiæ memorandum contigit urbi,
Aeternumq; decus, quòd non impulsa, nec ipso
Strata metu, tenuit flagrantis in omnia belli
Præcipitem cursum, raptisq; à Cæsare cunctis
Vincitur una mora, quantum est quòd fata tenentur?
Quòdq; uirum toti properans imponere mundo
Hos perdit fortuna dies. tunc omnia latè
Procumbunt nemora, & spoliantur robore syluæ.
Vt cùm terra leuis mediam uirgultaq; molem
Suspendant, structa laterum compage ligatam
Arctet humum, pressus ne cedat turribus agger.
Lucus erat longo nunquam uiolatus ab æuo,
Obscurum cingens connexis aëra ramis,
Et gelidas altè summotis solibus umbras.
Hunc non ruricolæ panes, nemorumq; potentes
Syluani, nymphæq; tenent, sed barbara ritu
Sacra deûm, structæ diris altaribus aræ
Omnisq; humanis lustrata cruoribus arbos,
Si qua fidem meruit superos mirata uetustas,
Illis & uolucres metuunt insistere ramis,

Aggeres erigi iussit Cæsar.

Pinnæ sunt murorum & castrorũ eminentiæ atq; propugnacula, ut inquit Varro.

Non paruam laudem adepti sunt Massylienses Cæsari audentes reliquere.

Prosternunt arbores.

Lucũ cuiusdã incerto deo consecrati descriptio, quẽ iussit Cæsar arboratim dilucllere.

Tangit priscã Gallorum in uenerandislucis superstitionem, & Cæsaris in eis conscindendis audaciam.

Et lu-

Miraculaque in eiusmodi luco spectari solebant, commemorat.

Et lustris recubare feræ, nec uentus in illas
Incubuit syluas, excussaq; nubibus atris
Fulgura, non ullis frondem præbentibus auris,
Arboribus suus horror inest, tum plurima nigris
Fontibus unda cadit, simulachraq; mœsta deorum
Arte carent, cæsisq; extant informia truncis.
Ipse situs, putriq; facit iam robore pallor
Attonitos, non uulgatis sacrata figuris
Numina sic metuunt, tantum terroribus addit

Taxi arbores sunt, quarum succus est uenenosus, hinc toxica.

Quos timeant non nosse deos. iam fama ferebat
Sæpè cauas motu terræ mugire cauernas,
Et procumbentes iterum consurgere taxos,

Videbantur ab ingentibus draconibus arbores esse complexæ.

Et non ardentis fulgere incendia syluæ,
Roboraq; amplexos circunfluxisse dracones.
Non illum cultu populi propiore frequentant,
Sed cessere Deis, medio cùm Phœbus in axe est,

Iubet lucũ radicitùs sterni Cæsar, sed hoc uerentes Cæsariani incerti numinis, cui lucus sacer erat, ultionem, syluam prosternere non audebãt.

Aut cœlum nox atra tenet, pauet ipse sacerdos
Accessus, dominumq; timet deprendere luci.
Hanc iubet immisso syluam procumbere ferro,
Nam uicina operi, belloq; intacta priore
Inter nudatos stabat densissima montes:
Sed fortes tremuere manus, motiq; uerenda
Maiestate loci, si robora sacra ferirent,
In sua credebant redituras membra secures.

Cæsar primus ferro arbores sternit, ꝙ cæteros ad id faciendũ conciteꝛ, quẽ po-

Implicitas magno Cæsar torpore cohortes
Vt uidit, primus raptam uibrare bipennem

Ausus

Ausus, & deream ferro proscindere quercum,
Effatur, merso uiolata in robore ferro:
Iam ne quis uestrum dubitet subuertere syluam?
Credite me fecisse nefas. tunc paruit omnis
Imperijs non sublato secura pauore
Turba, sed expensa superorum, & Cæsaris ira:
Procumbunt orni, nodosa impellitur ilex,
Syluaq; Dodones, & fluctibus aptior alnus,
Et non plebeios luctus testata cupressus,
Tunc primum posuere comas, & fronde carentes
Admisere diem, propulsaq; robore denso
Sustinuit se syluа cadens: genuere uidentes
Gallorum populi. muris sed clausa iuuentus
Exultat. quis enim læsos impunè putaret
Esse deos? seruat multos fortuna nocentes,
Et tantum miseris irasci numina possunt.
Vtq; satis cæsi nemoris quæsita per agros
Plaustra ferunt, curuoq; soli cessantis aratro
Agricolæ raptis annum fleuere iuuencis.
Dux tamen impatiens hæsuri ad mœnia Martis
Versus ad Hispanas acies, extremaq; mundi
Iussit bella geri. stellatis axibus agger
Erigitur, geminasq; æquantes mœnia turres
Accipit, hæ nullo fixerunt robore terram,
Sed per iter longum caussa repsere latenti.
Cùm tantum nutaret onus, telluris inanes

Con-

ftea secuta est multitudo.

superi quippe nullum crimen inulti abire sinunt. Agricolæ prostratas arbores intermissa rusticatione curribus uehebant. Obsidionem Massyliæ diuturnam fore prospiciens Cæsar militibus iussit bellum in Hispanias gerendū. Geminæ turres Cæsaris iussu aggeribus eriguntur è quorum fastigio crebris et lapidum, et telorum ictu-

bus Massyli- enses oppri- merentur.
Concußisse sinus quærentem, erumpere uentum
Credidit, & muros mirata est stare iuuentus.

Vrbis oppu- gnatio, & ua- lidũ eiusdem in hostes relu ctamentum.
Illinc tela cadunt excelsas urbis in arces,
Sed maior Graio Romana in corpora ferro
Vis inerat, neq; enim solis excussa lacertis
Lancea, sed tenso balistæ turbine rapta
Haud unum contenta latus transire, quiescit,
Sed pandens perq; arma uiam, perq; ossa, relicta
Morte fugit, superest telo post uulnera cursus.

Comparatio.
At saxum quoties ingenti uerberis ictu
Excutitur, qualis rupes, quam uertice montis

Describit uir tutem & ani- mositatem Massyliensiũ resistendo & pugnando.
Abscidit impulsu uentorum adiuta uetustas,
Frangit cuncta ruens, nec tantum corpora pressa
Exanimat, totos cum sanguine dißipat artus.
Vt tamen hostiles densa testudine muros
Tecta subit uirtus, armisq; innexa priores
Arma ferunt, galeamq; extensus protegit umbo:

Vmbo dicitur eminentior clypei pars.
Quæ prius ex longo nocuerunt missa recessu,
Virgil. Clypei nequicquam umbone pe- pendit.
Iam post terga cadunt, nec Graijs flectere iactum
Haud facilis labor est, longinqua ad tela parati
Tormenti mutare modum, sed pondere solo
Contenti nudis euoluunt saxa lacertis.

Similitudo.
Dum fuit armorum series, ut grandine tecta
Innocua percussa sonant, sic omnia tela
Restituit: at postquam uirtus incensa uirorum
Perpetuam rupit defesso milite cratem,

Sin-

Singula continuis cesserunt ictibus arma.
Tunc adoperta leui procedit uinea terra,
Sub cuius pluteis & tecta fronte latentes
Moliri nunc ima parant, & uertere ferro
Mœnia, nunc aries suspenso fortior ictu
Incussus densi compagem soluere muri
Tentat & impositis unum subducere saxis.
Sed super & flammis & magnæ fragmine molis,
Et fudibus crebris, & adusti roboris ictu
Percussæ cedunt crates, fruſtraq; labore
Exhausto fessus repetit tentoria miles.
Summa fuit Graijs starent ut mœnia uoti,
Vltro acies inferre parant, armisq; coruscas
Nocturni texere faces, audaxq; iuuentus
Erupit, non hasta uiris, non letifer arcus,
Telum flamma fuit, rapiensq; incendia uentus
Per Romana tulit celeri munimina cursu.
Nec quamuis uiridi luctetur robore, lentas
Ignis agit uires, tæda sed raptus ab omni
Consequitur nigri spacioſa uolumina fumi,
Nec solùm syluas, sed saxa ingentia soluit,
Et crudæ putri fluxerunt puluere cautes.
Procubuit, maiorq; iacens apparuit agger.
Spes uictis telluris abit, placuitq; profundo
Fortunam tentare mari, non robore picto
Ornatas decuit fulgens tutela carinas,

Cæsariani ui neam tormentum bellicum & arietes muris Massyliæ admouent.

Optabãt Massylienses muros urbis suæ nec ab hostium iniuriis erui.

Protelis faces in hostes iaculantur.

Inculis & rudi artificio fabrefactis nauibus certãt, tamen nauale inire statuunt Cæsariani aduersus Massylienses.

Sed

Sed rudis, & qualis procumbit montibus arbor,
Conseritur stabilis naualibus area bellis.
Et iam turrigeram Bruti comitata carinam
Venerat in fluctibus Rhodani cum gurgite classis
Sthœcades tres sunt insulæ Massyliæ adiacentes. Sthœcados arua tenens, nec non & Graia iuuentus
Omne suum fatis uoluit committere robur,
Grandæuosq; senes mixtis armauit ephœbis,
Accepit non sola uiros quæ stabat in undis
Classis, & emeritas repetunt naualibus alnos.
Vt matutinos spargens super æquora Phœbus
Fregit aquis radios, & liber nubibus æther,
Et posito Borea, pacemq; tenentibus Austris
Seruatum bello iacuit mare, mouit ab omni
Quisq; suam statione ratem, paribusq; lacertis
Cæsaris hinc puppes, hinc Graio remige classis
Tollitur, impulsæ tonsis tremuere carinæ,
Crebraq; sublimes conuellunt uerbera puppes.
Cornua Romanæ classis, ualidæq; triremes,
Quasq; quater surgens extructi remigis ordo
Commouet, & plures quæ mergunt æquora pinus
A populis Liburnis appellatæ sunt Liburnæ naues. Multiplices cinxere rates. hoc robur aperto
Oppositum pelago, lunata classe recedunt
Ordine contentæ gemino creuisse liburnæ.
Celsior at cunctis Brutis Prætoria puppis
Verberibus senis agitur, molemq; profundo
Inuehit, & summis longè petit æquora remis

Vt

Vt tantum medij fuerat maris, utraq; classis
Quod semel excussis posset transcurrere tonsis
Innumera uasto miscentur in æthere uoces,
Remorumq; sonus premitur clamore, nec ullæ
Audiri potuere tubæ. tunc cærula uerrunt,
Atq; in transtra cadunt, & remis pectora pulsant.
Vt primùm rostris crepuerunt obuia rostra,
In puppim rediere rates, emissaq; tela
Aëra texerunt, uacuumq; cadentia pontum,
Et iam diductis extendunt cornua proris,
Diuersæq; rates laxata classe receptæ.
Vt quoties æstus Zephyris, Eurisq; repugnat,
Huc abeunt fluctus, illuc mare: sic ubi puppes
Sulcato uarios duxerunt gurgite tractus
Quod tulit illa ratis remis, hæc reppulit æquor.
Sed Graijs habiles, pugnamq; capessere pinus,
Et tentare fugam, nec longo frangere gyro
Cursum, nec tarde flectenti cedere clauo.
At Romana ratis stabilem præbere carinam
Certior, & terræ similem bellantibus usum.
Tunc in signifera residenti puppe magistro
Brutus ait: pateris ne acies errare profundo,
Artibus & certas pelagi? iam confere bellum,
Phocaicis medias rostris oppone carinas.
Paruit, obliquas & præbuit hostibus alnos.
Tunc quæcunq; ratis tentauit robora Bruti

Similitudo, qua cursus nauium fluctibus, quos contrarij uenti agitant, comparatur.

In Bruti laudem cui uictoriã in fine huius tertij adscribit, atque ideo Brutum nõ inuite laudat, quod is à Cæsare defecturus est.

Phocaici Massylienes sunt q. d. permitte in latus impingere, quia tõc non poterunt subterfugere

Ictu uicta suo percussa, & capta cohæsit.
Ast alias manicæq; ligant, teretesq; catenæ,
Seq; tenent remis, tecto stetit æquore bellum.
Iam non excussis torquentur tela lacertis,
Nec longinqua cadunt iaculato uulnera ferro,
Naualis conflictus, in quo utrinq; occũbunt quamplurimi. Miscenturq; manus, nauali plurima bello
Ensis agit, stat quisq; suæ de robore puppis:
Pronus in aduersos ictus, multiq; perempti
In ratibus cecidere suis, cruor altus in undis
Spũmat, & obducti concreto sanguine fluctus,
Et quas immissi traxerunt uincula ferri,
*ali. cõferta Has prohibent iungi * conserta cadauera puppes,
Semianimes alij uastum subiere profundum,
Hauseruntq; suo permixtum sanguine Pontum,
Hi luctantem animam lenta cum morte trahentes
Fractarum subita ratium periere ruina.
Irrita tela suas peragunt in gurgite cædes,
Et quodcunq; cadit frustrato pondere ferrum,
Exceptum medijs inuenit uulnus in undis.
Phocaicis Romana ratis uallata carinis,
Robore diducto dextrum, læuumq; tuetur
Aequo Marte latus, cuius dum pugnat ab alta
Tagus Romanus miles. Puppe Tagus, Graiumq; audax aplustre retentat,
Terga simul pariter missis & pectora telis
Transfigitur, medio concurrit pectore ferrum,
Et stetit incertus fluerit quo uulnere sanguis,

Donec

Donec utrasq; simul largus cruor expulit hastas
Diuisitq; animam, sparsitq; in uulnera letum.
Dirigit huc puppim miseri quoq; dextra Telonis,
Qua nullam melius pelago turbante carinæ
Audiuere manum, nec lux est notior ulli
Crastina, seu Phœbum uideat, seu cornua lunæ
Semper uenturis componere carbasa uentis.
Hic Latiæ rostro compagem ruperat alni,
Pila sed in medium uenere trementia pectus,
Auertitq; ratem morientis dextra magistri.
Dum cupit in sociam Gyareus erumpere puppim,
Excipit immissum suspensa per ilia ferrum,
Affixusq; rati telo retinente pependit.
Stant gemini fratres fœcundæ gloria matris,
Quos eadem uarijs genuerunt uiscera fatis,
Discreuit mors sæua uiros, unumq;, relictum
Agnorunt miseri sublato errore parentes,
Aeternis caussam lachrymis tenet ille dolorem
Semper, & amissum fratrem lugentibus offert:
Quorum alter mixtis obliquo pectore remis,
Ausus Romanæ Graia de puppe carinæ
Iniectare manum, sed eam grauis insuper ictus
Amputat, illa tamen nixu, quo prenderat, hæsit:
Diriguitq; tenens strictis immortua neruis.
Creuit in aduersis uirtus, plus nobilis iræ
Truncus hebet, fortiq; instaurat prælia læua,

Massylienſis Telonis interitus ſcribit, qui nauigatoriæ artis peritiſſimus fuit.

Gyareus Maſſylienſis interit.

Gemellorum pugna quorũ alter inter pugnandum perit: & ibi ab aliis hiſtoricis diſſentit Lucanus.

Illius gemelli à fortitudine cõmendatio, qui dextra amputata læua nauim arripit.

Rapturusq; suam procumbit in æquora dextram,
Hæc quoq; cum toto manus est abscissa lacerto.
Iam clypeo, telisq; carens, non conditur ima
Puppe, sed expositus, fraternaq; pectore nudo
Arma tegens, crebra confixus cuspide perstat:
Telaq; multorum leto casura suorum
Emerita iam morte tenet, tum uulnere multo
Effugientem animam lassos collegit in artus,
Membraq; contendit toto quæcunq; manebat
Sanguine, & hostilem defectis robore membris
Insiluit solo nociturus pondere puppim.
Strage uirûm cumulata ratis, multoq; cruore
Plena, per obliquum crebros latus accipit ictus.
Sanguine oppleta nauis Romanorum submergitur.
At postquam ruptis pelagus compagibus hausit,
Ad summos repleta foros, descendit in undas,
Vicinum inuoluens contorto uertice pontum.
Æquora discedunt mensa diducta carina,
Inq; locum puppis cecidit mare, multaq; ponto
Præbuit illa dies uarij miracula fati.
Manus ferreis uncis munirum instrumentum.
Ferrea dum puppi rapidos manus inserit uncos,
Affixit Lycidam: mersus foret ille profundo,
Sed prohibent socij, suspensaq; crura retentant,
Scinditur auulsus, nec sicut uulnere sanguis
Emicuit lentus, ruptis cadit undiq; uenis,
Discursusq; animæ diuersa in membra meantis
Interceptus aquis nullius uita perempti

Est

Est tanta dimissa uia, pars ultima trunci
Tradidit in letum uacuos uitalibus artus.
At tumidis qua pulmo iacet, qua uiscera feruent,
Hæserunt ibi fata diu, luctataq; multum
Hac cum parte, uiri uix omnia membra tulerunt,
Dum nimium pugnax unius turba carinæ
Incumbit prono lateri, uacuamq; relinquit,
Qua caret hoste ratem, congesto pondere puppis
Versa, caua texit pelagus, nautasq; carina,
Brachia nec licuit uasto iactare profundo,
Sed clauso periere mari. tunc unica diri
Conspecta est leti facies, cùm fortè natantem
Diuersæ rostris iuuenum fixere carinæ,
Discessit medium tam uastos pectus ad ictus,
Nec prohibere ualent obtritis ossibus artus,
Quò minus æra sonent, elisо uentre per ora
Eiectat saniem permixtus uiscere sanguis.
Postquam inhibent remis puppes, ac rostra recedunt
Deiectum in pelagus perfosso pectore corpus
Vulneribus transmisit aquas. pars maxima turbæ
Naufragia iactatis morti obluctata lacertis
Puppis ad auxilium sociæ concurrit: at illi
Robora cum uetitis prensarent altiùs ulnis,
Nutaretq; ratis populo peritura recepto,
Impia turba super medios ferit ense lacertos,
Brachia linquentes Graia pendentia puppe.

Vitalia enim sunt, epar, pulmo, cor, præcordia, cerebrum.

Inquit quod nauæ retrahunt puppes remis ne retrocedatur.

Quorundam Massyliensium ad suorum naues properantium mors describitur.

A manibus cecidere suis, non amplius undæ
Sustinuere graues in summo gurgite truncos.
Iamq; omni fusis nudato milite telis
Inuenit arma furor, remum contorsit in hostem
Alter, at hi totum ualidis aplustre lacertis,
Auulsasq; rotant excusso remige sedes,
In pugnam fregere rates. fidentia pessum
Corpora cæsa tenent, spoliantq; cadauera ferro.
Multi inopes teli, iaculum letale reuulsum
Vulneribus traxere suis, & uiscera læua
Oppressere manu, ualidos dum præbeat ictus
Sanguis, & hostilem cùm torserit, exeat, hastam.
Nulla tamen plures hoc êdidit æquore clades,
Quàm pelago diuersa lues, nam pinguibus ignis
Affixus tædis, & tecto sulphure uiuax
Spargitur, ac faciles præbere alimenta carinæ.
Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cæra,
Nec flammas superant undæ, sparsisq; per æquor
Iam ratibus, fragmenta ferus sibi uendicat ignis.
Hic recipit fluctus, extinguat ut æquore flammas.
Hi ne mergantur, tabulis ardentibus hærent.
Mille modos inter leti, mors una timori est,
Qua cœpere mori, nec cessat naufraga uirtus.
Tela legunt deiecta mari, ratibusq; ministrant,
Incertasq; manus ictu languente per undas
Exercent, nunc rata datur si copia ferri

Cum tela deessent in hostes remi nauium quoq; iaciuntur & sedilia, in quo poëta succinit Maroni canê ti: furor arma ministrat.

Iaculatus ignis plurimum nocet.

Multiformi pereunt interitu.

Vtuntur

Vtuntur pelago, sæuus complectitur hostem
Hostis, & implicitis gaudent subsidere membris,
Mergentesq; mori. Pugna fuit unus in illa
Eximius Phoceus, animam seruare sub undis,
Scrutariq; fretum, si quid mersisset arenis,
Et nimis affixos unci conuellere morsus,
Adductum quoties non senserat anchora funem.
Hic ubi compressum penitus deduxerat hostem
Victor, & incolumis summas remeabat ad undas:
Sed se per uacuos credit cum surgere fluctus
Puppibus occurrit, tandemq; sub æquore mansit.
Hi super hostiles iecerunt brachia remos,
Et ratium tenuere fugam, non perdere letum
Maxima cura fuit, multus sua uulnera puppi
Affixit moriens, & rostris abstulit ictus.

Describit fatum Phocei, q licet nãdi ita pertus esset, tamen fata neci eius uiam inuenerunt.

Stantem sublimi Tyrrhenum culmine proræ
Lygdamus excussæ balearis tortor habenæ
Glande petens, solido fregit caua tempora plumbo.
Sedibus expulsi, postquam cruor omnia rupit
Vincula, procurrunt oculi, stat lumine rapto
Attonitus, mortisq; illas putat esse tenebras.
At postquam membris sensit constare uigorem,
Vos (ait) ô socij sicut tormenta soletis
Me quoq; mittendis rectum componite telis.
Egere quod superest animæ Tyrrhene, per omnes
Bellorum casus ingentem militis usum.

Tyrrheni Romani & Lygdami Massyliensis narratur conflictus, & ictu plumbeæ glandis grauiter à Lygdamo Tyrrhenus uulneratur.

Resumptis uiribus ad prælium exacuit Tyrrhenus, & suos deinde alloquitur

Cadauer à cadendo dicit,

Hoc habet ex magna defunctum parte cadauer,
Viuentis feriere loco. sic fatus in hostem
Cæca tela manu, sed non tamen irrita mittit.

Argus Massyliensis adolescens uulnus accipit,

Excipit hæc iuuenis generosi sanguinis Argus,
Quà iam non medius descendit in ilia uenter,
Adiuuitq; suo procumbens pondere ferrum.
Stabat diuersa uictæ iam parte carinæ
Infelix Argi genitor, non ille iuuentæ
Tempore Phocaicis ulli cessurus in armis,
Victum æuo robur cecidit, fessusq; senecta
Exemplum, non miles, erat: qui funere uiso
Sæpè cadens longæ senior per transtra carinæ

Paternæ in filium pietatis casus describitur.

Peruenit ad puppim, spirantesq; inuenit artus.
Non lachrymæ cecidere genis, non pectora tundit,
Distentis toto riguit sed corpore palmis,
Nox subit, atq; oculos uastæ obduxere tenebræ,
Et miserum cernens agnoscere desinit Argum.

Prosequitur mortem Argi in conspectu patris, mouẽs ex more suo pathos multis modis.

Ille caput labens, & iam languentia colla
Viso patre leuat, uox fauces nulla solutas
Prosequitur, tacitò tantùm petit oscula uultu,
Inuitatq; patris claudenda ad lumina dextram.
Vt torpore senex caruit, uiresq; cruentus

Pathetica oratio patris Argi exanimis, quæ tota commiseratione exundat.

Cœpit habere dolor: non perdam tempora dixit
A sæuis permissa deis, iugulumq; senilem
Confodiam, ueniam misero concede parenti
Arge, quòd amplexus, extrema quòd oscula fugi,

Nondum

Nondum deſtituit calidus tua uulnera ſanguis,
Semianimisq; iaces, & adhuc potes eſſe ſuperſtes.
Sic fatus, quamuis capulum per uiſcera miſſi
Polluerat gladij, tamen alta ſub æquora tendit
Præcipiti ſaltu: letum præcedere nati
Feſtinantem animam morti non credidit uni.
Inclinant iam fata ducum, nec iam ampliùs anceps
Belli caſus erat. Graiæ pars maxima claſſis
Mergitur: At aliæ mutato remige puppes
Victores uexere ſuos, naualia paucæ
Præcipiti tenuere fuga. quis in urbe parentum
Fletus erat, quantus matrum per littora planctus.
Coniunx ſæpè ſui confuſis uultibus unda
Credidit ora uiri Romanum amplexa cadauer,
Accenſiſq; rogis miſeri de corpore trunco
Certauere patres. at Brutus in æquore uictor
Primus Cæſareis pelagi decus addidit armis.

Se iam uictos à Cæſarianis, Maſſylienſes fatebantur.
Fletus lachrymis fit, planctus percuſſio pectoris, faciei & brachiorum.
Maſſyliæ urbis ſuperatæ ingens cũ miſeratione luctus deſcribitur.
Brutilaus.

Libri tertij finis.

M. ANNEI LVCANI
PHARSALIAE
LIBER IIII.

SVLPITII ARGVMENTVM.

Castra ducis castris ad celsam quartus Ilerdam
Confert in tumulo, qui penè est obrutus imbri.
Enatat hinc Cæsar, Cicoris diducit & undas,
Petreiúq; fugam sequitur: uicinia pacem
Incipit: at subita Petreius cæde repellit,
Qui mox esuriens ueniam uitamq; precatur.
Pugnat in Adriaca post hæc Antonius unda,
Vulteiusq; cadit, Libyæ te Curio mactat.

Post perscriptionem belli nauali feliciter à Bruto apud Massyliam gesti redit ad gesta Cæsaris. In Hispania bellum à Cæsare geritur. Afranius & Petreius Cæsari aduersantes.

T procul extremis terrarum Cæsar in oris
Martem sæuus agit non multa cæde nocentem,
Maxima sed fati ducibus momenta daturum.
Iure pari rector castris Afranius illis,
Ac Petreius erat, concordia dixit in æquas
Imperium commune uices, tutelaq; ualli
Peruigil alterno paret custodia signo.

His

His præter Latias acies erat impiger Astur,
Vectonesq; leues, profugiq; à gente uetusta
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis.
Colle tumet modico, leuiq; excreuit in altum
Pingue solum tumulo. super hunc fundata uetusta
Surgit Ilerda manu, placidis prælabitur undis
Hesperios inter Sicoris non ultimus amnes,
Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu
Hybernas passurus aquas, at proxima rupes
Signa tenet Magni: nec Cæsar colle minore
Castra leuat, medius dirimit tentoria gurges.
Explicat hinc tellus campos effusa patentes
Vix oculo prendente modum, camposq; coërcet
Cinga rapax, uetitus fluctus, & littora cursu
Oceani pepulisse suo: nam gurgite mixto
Qui præstat terris aufert tibi nomen Iberus.
Prima dies belli cessauit Marte cruento,
Spectandasq; ducum uires numerosaq; signa
Exposuit, piguit sceleris: pudor arma furentum
Continuit, patriæq;, & ruptis legibus unum
Donauere diem. prono tum Cæsar Olympo
In noctem subita circundedit agmina fossa,
Dum primæ præstant acies, hostemq; fefellit,
Et prope consertis obduxit castra maniplis.
Luce noua collem subitò conscendere cursu,
Qui medius tutam castris dirimebat Ilerdam,

Impe-

Astures & Vectones Hispaniæ populi. Celtiberi.

Situm Ilerdæ oppidi & castrorum describit.

Sicoris fluuius mediocris

Cinga fluuius

Milites fossa per noctẽ circundedit Cæsar.

Imperat, huc hostem pariter terrorq; pudorq;
Impulit, & rapto tumulum prior agmine cœpit.
His uirtus, ferrumq; locum promittit: at illis
Ipse locus: miles rupes oneratus in altas
Nititur, aduersoq; acies in monte supina
Hæret, & in tergum casura umbone sequentis
Erigitur, nulli telum uibrare uacabat.
Dum labat, & fixo firmat uestigia pilo,
Dum scopulos, stirpesq; tenent, atq; hoste relicto
Cædunt ense uiam: uidit lapsura ruina
Agmina dux, equitemq; iubet succedere bello,
Munitumq; latus læuo producere gyro.
Sic pedes ex facili nulloq; urgente receptus,
Irritus, & uictor subducto Marte pependit.

Cæsariani ad uersus hostes præliantur.

Hactenus armorum discrimina, cætera bello
Fata dedit uarijs incertus moribus aër.
Pigro bruma gelu, siccisq; Aquilonibus hærens,
Aethere constricto pluuias in nube tenebat.
Vrebant montana niues, camposq; iacentes
Non duraturæ conspecto sole pruinæ,
Atq; omnis propior mergenti sydera cœlo
Aruerat tellus hyberno dura sereno.
Sed postquam uernus calidum Titana recepit,
Sydera respiciens dilapsæ portitor Helles,
Atq; iterum æquatis ad iustæ pondera libræ
Temporibus uicere dies, tunc sole relicto

Hucusq; milites pugnauerunt.
Hybernũ tempus describit.
Brumata hyems à breuitate dierum dicta.
Pruina roris mollicies.
Ros nocturnus humor.
Per aeris dispositionẽ Ver describitur.

Cynthia

Cynthia quo primùm cornu dubitanda refulsit,
Excluſit Boream, flammasq; accepit ab Euro,
Ille ſuo nubes quaſcunq; inuenit in axe,
Torſit in occiduum Nabathæis flatibus orbem,
Et quas ſentit Arabs, & quas Gangetica tellus
Exhalat nebulas, quicquid concreſcere primus
Sol patitur, quicquid cœli fuſcator Eoi
Intulerat Corus, quicquid defenderat Indos
Incendêre diem nubes Oriente remotæ,
Nec medio potuere graues incumbere mundo,
Sed nimbos rapuere fuga, uacat imbribus arctos,
Et Notus in ſolam Calpem fluit humidus aër.
Hîc ubi iam Zephyri fines, & ſummus Olympi
Cardo tenet Tethyn, uetitæ tranſcurrere denſos
Inuoluere globos, congeſtumq; aëris atri
Vix recipit ſpacium, quod ſeparat æthere terram.
Iamq; polo preſſæ largos denſantur in imbres,
Spiſſatæq; fluunt, nec ſeruant fulmina flammas,
Quamuis crebra micent, moriuntur fulgura nimbis.
Hinc imperfecto complectitur aëra gyro
Arcus uix ulla uariatus luce colorem,
Oceanumq; bibit, raptosq; ad nubila fluctus
Pertulit, & cœlo diffuſum reddidit æquor.
Iamq; Pyrenææ, quas nunquam ſoluere Titan
Eualuit, fluxere niues, fractoq; madeſcunt
Saxa gelu: tum, quæ ſolitis è fontibus exit

Graphice & ſcite deſcribit uim imbrium ingruiſſe aere condenſato in nubes.

Iris arcus cœleſtis.

Niues Pyrenæi mõtis Galliã ab Hiſpania diſcriminantis liquefactæ inundationes aquarũ faciunt.

Non

Non habet unda uias, tam largas alueus omnis
Aripis accepit aquas. Iam naufraga campo
Cæsaris arma natant, impulsaq; gurgite multo
Castra labant, alto restagnant flumina uallo.
Non pecorum raptus faciles, non pabula mersi
Vlla ferunt sulci, tectarum errore uiarum
Fallitur occultis sparsus populator in agris.
Iamq; comes semper magnorum prima malorum
Sæua fames aderat, nulloq; obsessus ab hoste
Miles eget, toto censu non prodigus emit
Exiguam Cererem. Prò lucri pallida tabes
Non deest prolato ieiunus uenditor auro.
Iam tumuli, collesq; latent, iam flumina cuncta
Condidit unà palus, uastaq; uoragine mersit,
Absorpsit penitus rupes, ac tecta ferarum
Detulit, atq; ipsas hausit, subitisq; frementes
Vorticibus contorsit equos, & reppulit æstus
Fortior Oceani, nec Phœbum surgere sentit
Nox subiecta polo, rerum discrimina miscet
Deformis cœli facies, iunctæq; tenebræ.
Sic mundi pars ima iacet, quam zona niualis
Perpetuaq; premunt hyemes, non sydera cœlo
Vlla uidet, sterili nec quicquam frigore gignit,
Sed glacie medios signorum temperat ignes.
Sic ô summe parens mundi, sic sorte secunda
Aequorei rector facias Neptune tridentis.

Inbelli ciuilis detestationem & in odium

Et

Et tu perpetuis impendas aëra nimbis,
Tu remeare uetes quoscunq; emiseris æstus,
Non habeant amnes decliuem ad littora cursum,
Sed pelagi referantur aquis, concussáq; tellus
Laxet iter fluuijs, hos campos Rhenus inundet,
Hos Rhodanus, uastos obliquent flumina fontes.
Riphæas huc solue niues, huc stagna, lacusq;,
Et pigras ubicunq; iacent, effunde paludes,
Et miseras bellis ciuilibus eripe terras.
Sed paruo fortuna uiri contenta pauore
Plena redit, solitoq; magis fauere secundi
Et ueniam meruere dei. iam rarior aër,
Et par Phœbus aquis densas in uellera nubes
Sparserat, & noctes uentura luce rubebant,
Seruatoq; loco rerum discessit ab astris
Humor, & ima petit quicquid pendebat aquarum.
Tollere sylua comas, stagnis emergere colles
Incipiunt, uisoq; die durescere ualles.
Vtq; habuit ripas Sicoris, camposq; reliquit,
Primùm cana salix madefacto uimine paruam
Texitur in puppim, cæsoq; induta iuuenco
Vectoris patiens tumidum superemicat amnem.
Sic Venetus stagnante Pado, fusoq; Britannus
Nauigat Oceano, sic cùm tenet omnia Nilus,
Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.
His ratibus traiecta manus festinat utrinq;

Cæsaris, qui eius caput erat precatur loquẽ aeris dominum et Neptunum maris moderatorem, ut aquas non sinant imminui, imo curent augendas.

Fortuna tantisper Cæsari aduersata mox ipsi arridet cohibito diluuio. Aer dicitur esse rarior & purgatior recedẽtibus nubibus, qui illum reddunt crassiorem.

Sedata aquarum illuuie iubet Cæsar naues fabrefieri salice & uiminibus & scirpis.

Succi-

Succisum curuare nemus, fluuijq; ferocis
Incrementa timens, non primis robora ripis
Imposuit, medios pontem distendit in agros.
Ac ne quid Sicoris repetitis audeat undis,
Spargitur in sulcos, & scisso gurgite riuis
Dat pœnas maioris aquæ. postquam omnia fatis
Cæsaris ire uidet, celsam Petreius Ilerdam
Deserit, & Noti diffisus uiribus orbis
Indomitos quærit populos, & semper in arma
Martis amore feros, & tendit in ultima mundi.
Nudatos Cæsar colles, desertaq; castra
Conspiciens, capere arma iubet, nec quærere pontē:
Nec uada, sed duris fluuium superare lacertis.
Paretur, rapuitq; ruens in prælia miles
Quod fugiens timuisset iter: mox uda receptis
Membra fouent armis, gelidosq; à gurgite cursu
Restituunt artus, donec decresceret umbra
In medium surgente die: iamq; agmina summa
Carpit eques, dubijq; fugæ, pugnæq; tenentur.
Attollunt campō geminæ iuga saxea rupes
Valle caua media, tellus hinc ardua celsos
Continuat colles, tutæ quos inter opaco
Anfractu latuere uiæ, quibus hoste potito
Faucibus, emittit terrarum in deuia Martem,
Inq; feras gentes. Cæsar uidet: Ite sine ullo
Ordine ait, raptumq; fuga conuertite bellum,

Et fa-

Cęsar cursum Sicoris fluuii nertius, ne rursus excresceret, in complures eum riuos & alueolos deduxit.

Locū ad quē milites Cæsariani peruenerunt, describit.

Fauces sunt exitus & itinera inter mōtes angusta & peruia.

Cæsaris monitio ad milites

Et faciem pugnæ, uultusq; inferte minaces,
Nec liceat pauidis ignaua occumbere morte,
Excipiant recto fugientes pectore ferrum.
Dixit: & ad montes tendentem prævenit hostem.
Illic exiguo paulùm distantia uallo
Castra locant. postquam spacio languentia nullo,
Mutua conspicuos habuerunt lumina uultus,
Et fratres, natosq; suos uidere patresq;,
Deprensum est ciuile nefas, tenuere parumper
Ora metu, tantùm nutu, motoq; salutant
Ense suos: mox ut stimulis maioribus ardens
Rupit amor leges, audet transcendere uallum,
Miles, in amplexus effusas tendere palmas,
Hospitis ille ciet nomen, uocat ille propinquum,
Admonet hunc studijs consors puerilibus ætas:
Nec Romanus erat, qui non agnouerat hostem.
Arma rigant lachrymis, singultibus oscula rumpunt,
Et quamuis nullo maculatus sanguine miles
Quæ potuit feciſſe timet. quid pectora pulsas?
Quid uesane gemis? fletus quid fundis inanes?
Nec te sponte tua sceleri parêre fateris?
Vsq; adeo ne times, quem tu facis ipse timendum?
Classica dent bellum, sæuos tu neglige cantus.
Signa ferant, ceſſa, iamiam ciuilis Erynnis
Concidet, & Cæsar generum priuatus amabit.
Nunc ades æterno complectens omnia nexu

Expio purgo Mantuanus, Culpapiandagraui.

Erynnis furia dicitur.

Per digressionem concordia inuocat.

O rerum, mixtiq; salus concordia mundi,
Et sacer orbis amor, magnum nunc sæcula nostra
Venturi discrimen habent: periere latebræ.
Tot scelerum populo uenia est erepta nocenti.
Agnouere suos: pro numine fata siniſtro
Exigua requie tantas augentia clades.
Pax erat, & miles castris permixtus utrisq;
Errabat, duro concordes cespite mensas
Instituunt, & permixto libamina Baccho,
Graminei luxere foco, iunctoq; cubili
Extrahit insomnes bellorum fabula noctes:
Quò primùm steterint campo, quà lancea dextra
Exierit. dum quæ gesserunt fortia iactant,
Et dum multa negant, quod solùm fata petebant,
Est miseris renouata fides, atq; omne futurum
Creuit amore nefas, nam postquam fœdera pacis
Cognita Petreio, seq;, & sua tradita uenum
Castra uidet, famulas scelerata ad prælia dextras
Excitat, atq; hostes turba stipatus inermes
Præcipitat castris, iunctosq; amplexibus enſe
Separat, & multo disturbat sanguine pacem.
Addidit ira ferox moturas prælia uoces:
Immemor ô patriæ, signorum oblite tuorum,
Non potes hoc caussæ miles præstare senatus
Assertor uicto redeas ut Cæsare, certè
Vt uincare potes, dum ferrum, incertaq; fata,

Focus locus est in quo foueruntur ignis. Tibullus: Dū meus assi duo luceat igne focus.

Recitat amicas confabulationes inter se iunctorum exercituū de anteactis malis.

Quid fecerit Petreius docetur.

Petreii ad suos oratio à pace dissuadēs, & ad pugnam cohortans.

Quiq;

Quíq; fluat multo non deerit uulnere sanguis:
Ibitis ad dominum? damnatáq; signa feretis? Argumenta.
Vtq; habeat famulos nullo discrimine Cæsar
Exorandus erit? ductibus quoq; uita petenda est?
Nunquam nostra salus precium, mercesq; nefandæ
Proditionis erit, non hoc ciuilia bella
Vt uiuamus, agunt: trahimur sub nomine pacis.
Non chalybem gentes penitus fugiente metallo
Eruerent, nulli uallarent oppida muri.
Non sonipes in bella ferox, non iret in æquor
Turrigeras classis pelago sparsura carinas,
Si bene libertas unquam pro pace daretur.
Hostes nempe meos sceleri iurata nefando
Sacramenta tenent, at uobis uilior hoc est
Vestra fides, quòd pro caussa pugnantibus æqua
Et ueniam sperare licet. prò dira pudoris
Fœdera, nunc toto fatorum ignarus in orbe
Magne paras acies, mundíq; extrema tenentes
Sollicitas reges, cum forsan fœdere nostro Apostrophe in Pompeium
Iam tibi sit promissa salus. sic fatur, & omnes
Concussit mentes. scelerumq; reduxit amorem.
Sic ubi desuetæ syluis in carcere clauso Comparatio.
Mansueuere feræ, & uultus posuere minaces,
Atq; hominem didicere pati: si torrida paruus
Venit in ora cruor, redeunt rabiesq;, furorq;,
Admonitæq; tument gustato sanguine fauces:

Magister nutritor dicit, ita Martial. Læserat ingratus placidi leo membra magistri.

Feruet, & à trepido uix abstinet ora magistro.
Itur in omne nefas, & quæ fortuna deorum
Inuidia cæca bellorum in nocte tulisset,
Fecit monstra fides, inter mensasq; torosq;
Quæ modò complexu fouerunt pectora, cædunt.
Et quamuis primo ferrum strinxere gementes,
Vt dextræ iusti gladius dissuasor adhæsit,
Dum feriunt, odere suos, animosq; labantes

Feruere concitari est.

Confirmant ictu, feruent iam castra tumultu,
Et scelerum turba rapiuntur colla parentum,
Ac uelut occultum pereat scelus, omnia monstra
In faciem posuere ducum, iuuat esse nocentes.
Tu Cæsar quamuis spoliatus milite multo
Agnoscis superos, neq; enim tibi maior in aruis
Acmathijs fortuna fuit, nec Phocidos undis
Massyliæ, Pharioq; nec tantùm est æquore gestum,
Hoc siquidem solo ciuilis crimine belli
Dux causse melioris eris, polluta nefanda
Agmina cæde duces. iunctis committere castris

Ilerdę altæ dicis, id est, in rupe celsa sitæ.

Non audent, altæq; ad mœnia rursus Ilerdæ
Intendêre fugam: campos eques obuius omnes
Abstulit, & siccis incluſit collibus hostem.
Tunc inopes undæ prærupta cingere fossa
Cæsar auet, nec castra pati contingere ripas.
Aut circum largos curuari brachia fontes.
Vt leti uidere uiam, conuersus in iram

Præci-

Præcipitem timor est, miles non utile clausis
Auxilium mactauit equos, tandemq; coactus
Spe posita damnare fugam, casurus in hostes
Fertur. ut effuso Cæsar decurrere passu
Vidit, & ad certam deuotos tendere mortem:
Tela tene iam miles ait, ferrumq; ruenti
Subtrahe, non ullo constet mihi sanguine bellum,
Vincitur haud gratis iugulo, qui prouocat hostem.
En sibi uilis adest inuisa luce iuuentus
Iam damno peritura meo, non sentiet ictus.
Incumbet gladijs, gaudebit sanguine fuso.
Deserat hic feruor mentes, cadat impetus amens,
Perdant uelle mori. sic deflagrare minaces
Incassum, & uetito passus languescere bello,
Substituit mersо dum nox sua lumina Phœbo.
Inde ubi nulla data est miscendi copia Martis,
Paulatim cadit ira ferox, mentesq; tepescunt.
Saucia maiores animos ut pectora gestant
Dum dolor est, ictusq; recens, & mobile neruis
Conamen calidus præbet cruor, ossaq; nondum
Adduxere cutem: si conscius ensis adacti
Stat uictor, tenuitq; manus, dum frigidus artus
Alligat, atq; animum subducto robore torpor,
Postquam sicca rigens adstrinxit uulnera sanguis.
Iamq; inopes unde primùm tellure refossa
Occultos latices, abstrusaq; flumina quærunt,

Cæsar constituerat non dimicare, quia necessariam subire deditionem quàm prælio certare malebat.

Cæsaris militiæ peritissimi optima in suos commentio, ut in hostes cum moriendi proposito irruentes erumpere abstineant.

Scita comparatio.

Torpor dicitur mortis pigrities.

Vehementissima siti Cæsaris hostes torquemur.

Nec solùm rastris, durisq; ligonibus aruæ
Sed gladijs fodêre suis, puteusq; cauati
Montis ad irrigui premitur fastigia campi.
Non se tam penitùs, tam longè luce relicta
Merserit Assyrij scrutator pallidus auri,
Non tamen aut tectis sonuerunt cursibus amnes,
Pumex lapis non durus. Aut micuere noui percusso pumice fontes,
Antra nec exiguo stillant sudantia rore,
Glarea terra dura. Aut impulsa leui turbatur glarea uena.
Tunc exhausta super multo sudore iuuentus
Extrahitur, duris silicum lassata metallis,
Quoq; minùs possent siccos tolerare uapores
Quæ sitæ feciſtis aquæ, nec languida fessi
Corpora sustentant epulis, mensasq; perosi
Auxilium fecere famem: si mollius aruum
Prodidit humorem, pingues manu utraq; glebas
Exprimit ora super: nigro si turbida limo
Colluuies immota iacet, cadit omnis in haustus
Certatim obscœnos miles, moriensq; recepit
Quas nollet uicturus aquas, rituq; ferarum
Distentas siccant pecudes, & lacte negato
Sordidus exhausto sorbetur ab ubere sanguis.
Tunc herbas, frondesq; terunt, & rore madentes
Distringunt ramos, & si quos palmite crudo
Arboris aut tenera succos presſere medulla.
Ex eorũ commiseratione. O fortunati fugiens quos barbarus hostis,

Fonti-

Fontibus immixto strauit per rura ueneno. qui siti perirẽt, loquitur poeta.

Quæstio est inter eruditos quamnam historiam significauerit Luc. his uersibus, O fortunati fugiens &c. Fontibus immixto, &c. Multi multa cõmenti sunt; sed nullo idoneo authore cõfisentia. Nos existimamus hos uersus ad lubã & Curionis milites esse referendos. Scribit enim Appianus lib. 2. bellorum ciuilium: Cum Curio, qui Cæsarem in bello ciuili secutus est ex Sicilia in Africam nauigasset, Africanos, quibus luba imperitabat, ueneno aquas infecisse, quas cùm biberent milites Curionis repente ægrotare cœperunt, & quædam quasi nebula illorum uisum obducebat somno caput inuadente, mox uomitus, deinde spasmus totum corpus affligebat, ex quo debilitatus est non modicum, atq; uexatus omnis pene Curionis exercitus. Lucanus ergo huiusce historiæ conscius barbarum hostem appellat lubam, & illos Afros, qui fugientes aduentantem Curionem ueneno fontes letiferos atq; aquas exitiales reddiderunt. Non absurdè etiam referri hoc posset ad Iugurtham regem Numidarum, qui à uenturum Metellum Romanum imperatorem, hostesq; Romanos audiuerat, pabulum & aquarũ fontes corrũpebat, sicuti docet Sallustius in Iugurtha.

Hos licet in fluuios saniem, tabemq; ferarum,
Pallida Dictæis Cæsar nascentia saxis
Infundas aconita palam, Romana iuuentus
Non decepta bibet, torrentur uiscera flamma,
Oraq; ficca rigent squamosis aspera linguis,
Iam marcent uenæ, nulloq; humore rigatus
Aëris alternos angustat pulmo meatus,
Rescissoq; nocent suspiria dura palato.
Pandunt ora siti, nocturnumq; aëre captant,
Expectant imbres, quorum modo cuncta natabant
Impulsu, & siccis uultus in nubibus hærent:
Quoq; magis miseros undæ ieiunia soluant,
Non super arentem Meroën cancriq; sub axe,

Quâ nudi Garamantes arant, sedere: sed inter
Stagnantem Sicorim, & rapidum deprensus Iberum
Spectat uicinos sitiens exercitus amnes.
Iam domiti cessere duces, pacisq; petendæ
Author damnatis supplex Afranius armis,
Semianimes in castra trahens hostilia turmas
Victoris stetit ante pedes, seruata precanti
Maiestas non fracta malis, interq; priorem
Fortunam, casusq; nouos gerit omnia uicti,
Sed ducis, & ueniam securo pectore poscit:
Si me degeneri strauissent fata sub hoste,
Non deerat fortis rapiendo dextera leto.
At nunc sola mihi est orandæ caussa salutis,
Dignum donanda Cæsar te credere uita.
Non partis studijs agimur, nec sumpsimus arma
Consilijs inimica tuis, nos deniq; bellum
Inuênit ciuile duces, caussæq; priori
Dum potuit seruata fides, nil fata moramur:
Tradimus Hesperias gentes, aperimus Eoas,
Securumq; orbis patimur post terga relicti,
Nec cruor effusus campis tibi bella peregit,
Nec ferrum, lassæq; manus, hoc hostibus unum
Quod uincas, ignosce tuis, nec magna petuntur:
Ocia des fessis, uitam patiaris inermes
Degere, quam tribuis, campis prostrata iacere
Agmina nostra putes, nec enim felicibus armis

Duorum fluuiorum aspectus uehementius eorum iritat sitim.

Afranius facturus dediti onem urgente necessitate ultro Cæsarē exorabundus adit.

Oratio est Afranij ad Cæsarem, pacem ab eo petentis, quæ facta est hoc conceſſo, ut liceat militibus uiuere, sed nō gerere bellū contra Cæsarem.

Misce-

Miſceri damnata decet, partemq; triumphi
Captos ferre tui, turba hæc ſua fata peregit:
Hoc petimus, victos ne tecum uincere cogas.
Dixerat. At Cæſar facilis, uultuq; ſerenus
Flectitur, atq; uſum belli, pœnamq; remittit.
Vt primùm iuſtæ placuerunt fœdera pacis,
Incuſtoditos decurrit miles ad amnes,
Incumbit ripis, permiſſaq; flumina turbat.
Continuus multis ſubitarum tractus aquarum
Aërc non paſſus uacuis diſcurrere uenis
Arcauit, clauſitq; animam, nec feruida peſtis
Cedit adhuc, ſed morbus egens iam gurgite plenis
Viſceribus ſibi poſcit aquas, mox robora neruis,
Et uires rediere uiris. O prodiga rerum
Luxuries nunquam parua contenta paratu,
Et quæſitorum terra pelagoq; ciborum
Ambitioſa fames, & lautæ gloria menſæ
Diſcite, quàm paruo liceat producere uitam,
Et quantum natura petat, non erigit ægros
Nobilis ignoto diffuſus Conſule Bacchus,
Non turo, myrrhaq; bibunt, ſed gurgite puro
Vita redit, ſatis eſt populis fluuiusq;, Ceresq;.
Heu miſeri, qui bella gerunt, tunc arma relinquens
Victori miles ſpoliato pectore tutus,
Innocuusq; ſuas curarum liber in urbes
Spargitur. ô quantum donata pace potitos

Indicat clemẽtiam Cæſaris qua uſque ad pœnitentiam prẽditus erat. Sitim ſatiaturi flumina petunt.

Exnimia bibendi auiditate plurimi ſuffocantur. Sentẽtia, qua in luxuriosos inuehitur.

Excußis nunquam ferrum uibraſſe lacertis
Pœnituit, toleraſſe ſitim, fruſtráq; rogaſſe
Proſpera bella Deos, nempe uſis Marte ſecundo
Tot dubiæ reſtant acies, tot in orbe labores,
Vt nunquam fortuna labet ſucceßibus anceps,
Vincendum toties, terras fundendus in omneis
Eſt cruor, & Cæſar per tot ſua fata ſequendus.
Felix qui potuit mundi nutante ruina
Quò iaceat iam ſcire loco, non prælia feſſos
Vlla uocant, certos non rumpunt claßica ſomnos,
Iam coniunx, natiq; rudes, & ſordida tecta
Et non deductos recipit ſua terra colonos.
Hoc quoq; ſecuris oneris fortuna remiſit,
Solicitus menti quòd abeſt pauor: ille ſalutis
Eſt author, dux ille fuit. ſic prælia ſoli
Felices nullo ſpectant ciuilia uoto.
Non eadem belli totum fortuna per orbem
Conſtitit, in partes aliquid ſed Cæſaris auſa eſt
Quà maris Adriaci longas ferit unda Salonas,
Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader
Illic bellaci confiſus gente Curetum,
Quos alit Adriaco tellus circunflua ponto,
Clauditur extrema reſidens Antonius ora,
Cautus ab incurſu belli, ſi ſola recedat
Expugnat quæ tuta fames, non pabula tellus
Paſcendis ſummittit equis, non proferit ullam

Flaua

Proſequitur felicitatē eorum qui uicti erant, quoniā ab armis deinceps ceſſaturi erant.

Aduerſatur fortuna Cæſari.

Salonæ Dalmaciæ urbs.

Iader flumen in mare Adriacum decurrens.

Flaua Ceres segetem, spoliabat gramine campum
Miles, & attonso miseris iam dentibus aruo
Castrorum siccas de cespite uulserat herbas.
Vt primùm aduersæ socios in littore terræ
Et Basilum uidere ducem, noua furta per æquor
Exquisita fugæ: neq; enim de more carinas
Extendunt, puppesq; leuant: sed firma gerendis
Molibus insolito contexunt robora ductu.
Nanq; ratem uacuæ sustentant undiq; cuppæ,
Quarum porrectis series constricta catenis
Ordinibus geminis obliquas excipit alnos,
Nec gerit expositum telis in fronte patenti
Remigium, sed quod trabibus circundedit æquor
Hoc ferit, & taciti præbet miracula cursus,
Quòd nec uela ferat, nec apertas uerberet undas:
Tunc freta seruantur, dum se decliuibus undis
Aestus agat, refluoq; mari nudentur arenæ.
Iamq; relabenti crescebant littora ponto,
Missa ratis prono defertur lapsa profundo,
Et geminæ comites, cunctas super ardua turris
Eminet, & tremulis tabulata minantia pinnis.
Noluit Illyricæ custos Octauius undæ
Confestim tentare ratem, celeresq; carinas
Continuit, cursu crescat dum præda secundo,
Et temere ingressos repetendum inuitat ad æquor
Pace maris. sic dum pauidos formidine ceruos

Cuppæ nasa magna sunum paropsidum forma.

Littora maris dicuntur crescere, quando æstus refluunt & decrescunt. Aliter ab aliis historicis scriptum est.

Similitudo.

Claudet

Claudat odoratæ metuentes aëra pennæ,
Aut dum dispositis attollat retia uaris
Venator, tenet ora leuis clamosa Molossi,
Spartanos, Cretasq; ligat: nec creditur ulli
Sylua cani, nisi qui presso uestigia rostro
Colligit, & præda nescit latrare reperta,
Antoniani naues in mare deducunt. Contentus tremulo monstrasse cubilia loro.
Nec mora, complentur moles auidæq; petitis
Insula deseritur ratibus, quo tempore primas
Impedit ad noctem iam lux extrema tenebras.
At Pompeianus fraudes innectere ponto
Cilix pirata, Cilices qui erant in classe. Antiqua parat arte Cilix, passusq; uacare
Summa freti medio suspendit uincula ponto,
Et laxas fluitare sinit, religatq; catenas
Rupis ab Illyricæ scopulis, nec prima, nec illa
Quæ sequitur, tardata ratis, sed tertia moles
Hæsit, & ad cautes abducto fune secuta est.
Impendent caua saxa mari, ruituraq; semper
Stat (mirùm) moles, & syluis æquor inumbrat:
Huc fractas Aquilone rates, submersaq; pontus
Corpora sæpè tulit, cæcisq; abscondit in antris.
Restituit raptus tectum mare, cumq; cauernæ
Tauromini mons Siciliæ asperrimus. Euomuere fretum, contorti uorticis undæ
Taurominitanam uincunt feruore Charybdim.
Opitergiũ Venetum oppidum. Hic Opiterginis moles onerata colonis
Constitit, hanc omni puppes statione solutæ

Circume-

Circumeunt, alij rupes, ac littora complent.
Vulteius tacitas sensit sub gurgite fraudes,
Dux erat ille ratis, frustra qui uincula ferro
Rumpere conatus, poscit spe prælia nulla
Incertus quà terga daret, quà pectora bello.
Hoc tamen in casu quantum deprensa ualebat
Effecit uirtus, inter tot millia captæ
Circunfusa rati, & plenam uix inde cohortem
Pugna fuit, non longa quidem, nam condidit atra
Nox lucem dubiam, pacemq; habuere tenebræ.
Tunc sic attonitam, uenturaq; fata pauentem
Rexit magnanima Vulteius uoce cohortem:
Libera non ultra parua quàm nocte iuuentus
Consulite extremis angusto in tempore rebus,
Vita breuis nulli superest, qui tempus in illa
Quærendæ sibi mortis habet, nec gloria leti
Inferior iuuenes admoto occurrere fato.
Omnibus incerto uenturæ tempore uitæ
Par animi laus est, & quos sperareris annos
Perdere, & extremæ momentum abrumpere lucis.
Accersas dum fata manu, non cogitur ullus
Velle mori, fuga nulla patet, stant undiq; nostris
Intenti ciues iugulis, decernite letum,
Et metus omnis abest, cupias quodcunq; necesse est.
Non tamen in cæca bellorum nube cadendum est,
Aut cum permixtis acies sua tela tenebris

Militaribus se dolis fuisse circũuentum seriusculè agnoscit Vulteius.

Vulteij suasoria ad milites oratio, eos seruitutem, cui sunt obuersi, exuere admonens.

Vita breuis, Sensus est, nullus dicitur habere uitã breuem, qui potest sibi consciscere mortem, antequã opprimatur ab aduersario.

Inuol-

Mors eorum est sine peculiari & priuata laude, si cõmunis est ijs, qui perierunt in acie & ceciderunt inter multa cadauera.

Inuoluunt, conserta iacent cùm corpora campo,
In medium mors omnis abit, perit obruta uirtus.
Nos in conspicua socijs, hostiq; carina
Constituere Dei, præbebunt æquora testes,
Præbebunt terræ, summis dabit insula saxis,
Spectabunt geminæ diuerso è littore partes.
Nescio quod nostris magnum, & memorabile fatis,
Exemplum fortuna paras, quæcunq; per æuum
Exhibuit monumenta fides, seruataq; ferro
Militiæ pietas, transibit nostra iuuentus.
Nanq; suis pro te gladijs incumbere Cæsar
Esse parùm scimus, sed non maiora supersunt
Obsessis, tanti quæ pignora demus amoris.
Abscidit nostræ multum sors inuida laudi,
Quòd non cum senibus capti, natisq; tenemur.
Indomitos sciat esse uiros, timeatq; furentes,
Et morti faciles animos, & gaudeat hostis
Non plures hæsisse rates, tentare parabant
Fœderibus, turpiq; uolent corrumpere uita.
O utinam quò plus habeat mors unica famæ,
Promittant ueniam, iubeant sperare salutem,
Ne nos, cùm calido fodiemus uiscera ferro,
Desperasse putent. magna uirtute merendum est,
Cæsar ut amissis inter tot millia paucis
Hoc damnum, clademq; uocet, dent fata recessum,
Emittantq; licet, uitare instantia nolim.

Proieci

Proieci uitam comites, totusq; futuræ
Mortis agor stimulis, furor est, agnoscere solis
Permissum est, quos iam tangit uicinia fati,
Victurosq; Dei cædant ut uiuere durent,
Felix esse mori. Sic cunctas sustulit ardor
Nobilium mentes iuuenum, cum sydera cœli
Ante ducis uoces oculis humentibus omnes
Aspicerent, flexoq; ursæ temone pauerent:
Iidem cùm fortes animos præcepta subissent
Optauere diem, nec segnis mergere ponto
Tunc erat astra polus, nam sol Ledæa tenebat
Sydera, uicino cum lux altissima Cancro est,
Nox tum Thessalicas urgebat parua sagittas.
Detegit orta dies stantes in rupibus Istros,
Pugnacesq; mari Graia cum classe Lyburnos.
Tentauere prius suspenso uincere bello
Fœderibus, fieret captis si dulcior ipsa
Mortis uita mora, stabat deuota iuuentus
Damnata iam luce ferox, securaq; pugnæ
Permisso sibi fine manu, nulliq; tumultus
Excussere uiris mentes ad summa paratas:
Innumerasq; simul pauci terraq; mariq;
Sustinuere manus, tanta est fiducia mortis.
Vtq; satis bello uisum est fluxisse cruoris,
Versus ab hoste furor, primus dux ipse carinæ
Vulteius iugulo poscens iam fata retecto:

Eo quod uehementius erat oratione conclusit.

Quisnam effectus exitusq; Vulteij orationem subsecutus fuerit.

Ledæa sydera, geminos Castorem & Pollucem Ledæ filios significat.

Ecquis,

Ecquis, ait, iuuenum est, cuius sit dextra cruore
Digna meo, certaq; fide per uulnera nostra
Testetur se uelle mori. nec plura locuto
Viscera non unus iamdudum transfigit ensis.
Collaudat cunctos, sed cum qui uulnera prima
Debebat, grato moriens interficit ictu.
Concurrunt alij, totumq; in partibus unis
Bellorum fecere nefas. sic semine Cadmi
Emicuit Dircæa cohors, ceciditq; suorum
Vulneribus, dirum Thebanis fratribus omen.
Phasidos & campis insomni dente creati
Terrigenæ, missa magicis è cantibus ira
Cognato tantos implerunt sanguine sulcos,
Ipsaq; inexpertis, quod primum fecerat herbis
Expauit Medea nefas: sic mutua pacti
Fata cadunt iuuenes, nimiumq; in morte uirorum
Mors uirtutis habet, pariter sternuntq;, caduntq;
Vulnere letali: nec quenquam dextra fefellit,
Cùm feriat moriente manu, nec uulnus adactis
Debetur gladijs, percussum est pectore ferrum,
Et iugulis pressere manum, cum sorte cruenta
Fratribus incurrunt fratres, natusq; parenti.
Haud trepidante tamen toto cum pondere dextra
Exegere enses, pietas ferientibus una
Non repetisse fuit, iam latis uiscera lapsa
Semianimes traxere foris, multumq; cruoris

Infundere

Mors est panor diuitum, desiderio pauperum, certa peregrinatio, fuga uitæ.

Comparatio de ijs, qui nati serpentinis dentibus ab Iasone satis se mutuo occiderunt.

Sententia.

Infudere mari. despectant cernere lucem,
Victoresq; suos uultu spectare superbo,
Et mortem sentire iuuat. iam strage cruenta
Consp̃icitur cumulata ratis, bustisq; remittunt
Corpora uictores, ducibus mirantibus ulli
Esse ducem tanti: nullam maiore locuta est
Ore ratem totum discurrens fama per orbem.
Non tamen ignauæ post hæc exempla uirorum
Percipient gentes, quàm sit non ardua uirtus
Seruitium fugisse manu, sed regna timentur
Ob ferrum, & sæuis libertas uritur armis,
Ignoratq; datos ne quisquam seruiat, enses.
Mors utinam pauidos uitæ subducere nolles,
Sed uirtus te sola daret, non segnior illo
Marte fuit, qui tunc Libycis exarsit in aruis.
Nanq; rates audax Lilybæo littore soluit
Curio, nec forti uelis Aquilone recepto
Inter semirutas magnæ Carthaginis arces,
Et Clupeam tenuit stationis littora notæ,
Primáq; castra locat cano procul æquore, quà se
Bagrada lentus agit siccæ sulcator arenæ.
Inde petit tumulos, exesasq; undiq; rupes,
Antæi quæ regna uocat non uana uetustas.
Nominis antiqui cupientem noscere causas
Cognita per multos docuit rudis incola patres.
Nondum post genitos tellus effœta gigantes,

Strages cõgregatio corporũ mortuorum.

Prosequitur aduersitatem Curionis in Africa.

Loci adquem Curio peruenit descriptio.

Bagrada fluuius prope Vticam.

Typhon. Tytius. Briareus. Antæus.

Terribilem Libycis partum concepit in antris,
Nec tam iusta fuit terrarum gloria Typhon,
Aut Tytios, Briareusq; ferox, cœloq; pepercit,
Quod non Phlegræis Antæum sustulit aruis.
Hos quoq; tam uastas cumulauit munere uires
Terra sui fœtus, quòd cùm tetigere parentem
Iam defecta uigent renouato robore membra.

Antæi habitaculum. Leonum caro uires auget, qua Achilles nutritus est.

Hæc illi spelunca domus, latuisse sub alta
Rupe ferunt, epulas raptos habuisse leones.
Ad somnos non terga feræ præbere cubile
Assuerunt, non sylua torum, uiresq; resumit
In nuda tellure iacens, periere coloni
Aruorum Libyes, pereunt quos appulit æquor.
Auxilioq; diu uirtus non usa cadendi
Terræ spernit opes, inuictus robore cunctis
Quamuis staret, erat taudem uulgata cruenti
Fama mali, terras monstris, æquorq; leuantem
Magnanimum Alcidem Lybicas exciuit in oras.

Luctatorium Antæi gigantis Herculisq; certamen. Cleone Arcadiæ oppidum est.

Ille Cleonæi proiecit terga leonis,
Antæus Lybici, perfudit membra liquore
Hospes Olympiacæ seruato more palestræ,
Ille parum fidens pedibus contingere matrem,
Auxilium membris calidas infudit arenas.
Conseruere manus, & multo brachia nexu
Colla diu grauibus frustra tentata lacertis,
Immotumq; caput fixa cum fronte tenetur,

Mirantúrq; habuisse parem, nec uiribus uti
Alcides primo uoluit certamine totis,
Exhaustíq; uirum quòd creber anhelitus illi
Prodidit, & gelidus fesso de corpore sudor.
Tunc ceruix lassata quati, tunc pectore pectus
Vrgeri, tunc obliqua percussa labare
Crura manu, iam terga uiri cedentia uictor
Alligat, & medium compressis ilibus arctat,
Inguinaq; insertis pedibus distendit, & omnem
Explicuit per membra uirum. rapit arida tellus
Sudorem, calido complentur sanguine uenæ
Intumuere tori, totosq; induruit artus,
Herculeosq; nouo laxauit corpore nodos.
Constitit Alcides stupefactus robore tanto,
Nec sic Inachijs quamuis rudis esset in undis,
Desectam timuit reparatis anguibus hydram.
Conflixere pares, telluris uiribus ille,
Ille suis: nunquam sæuæ sperare nouercæ
Plus licuit, uidet exhaustos sudoribus artus,
Ceruicemq; uiri siccam, qua ferret olympum,
Vtq; iterum fessis iniecit brachia membris,
Non expectatis Antæus uiribus hostis
Sponte cadit, maiorq; accepto robore surgit.
Quisquis inest terris, in fessos spiritus artus
Egeritur, tellusq; uiro luctante laborat.
Vt tandem auxilium tactæ prodesse parentis

Vbi sic exhaustus est Antæus, ceruix eius lassata quati cœpit, & est ceruix posterior pars colli.

Olympus & mons & cœlum est.

Hercules Antæo.

Alcides senſit, ſtandum eſt tibi dixit, & ultrà
Non credêre ſolo, ſterniq; uetabere terra,
Hærebis preßis intra mea pectora membris,
Huc Antæe cades. ſic fatus, ſuſtulit altè
Nitentem in terras iuuenem: morientis in artus
Non potuit nati tellus ſummittere uires
Alcides medium tenuit, iam pectora pigro
Stricta gelu, terriſq; diu non credidit hoſtem.

Antæi dicuntur regna & antra, A Scipione Africano locus ille nomẽ accepit.

Hinc æui ueteris cuſtos famoſa uetuſtas,
Miratrixq; ſui ſignauit nomine terras.
Sed maiora dedit cognomina collibus iſtis,
Pœnum qui Latijs reuocauit ab arcibus hoſtem
Scipio. nam ſedes Lybica tellure potito
Hæc fuit: en ueteris cernis ueſtigia ualli,
Romana hos primùm tenuit uictoria campos.

Digreſſione abſoluta redit ad facta Curionis non ſine taxatione uanitatis & ſtultitiæ eius.

Curio lætatus, tanquam fortuna locorum
Bella gerat, ſeruetq; ducum ſibi fata priorum,
Felici non fauſta loco tentoria ponens
Indulſit caſtris, & collibus abſtulit omen,
Sollicitatq; feros non æquis uiribus hoſtes.
Omnis Romanis quæ ceſſerat Africa ſignis,
Tunc Vari ſub iure fuit, qui robore quanquam
Confiſus Latio, regis tamen undiq; uires
Exciuit Libycæ gentis, extremáq; mundi
Signa ſuum comitata Iubam. non fuſior ulli
Terra fuit domino, quà ſunt longiſſima regna

Cardi-

Cardine ab occiduo uicinis Gadibus Atlas
Terminat, à medio confinis syrtibus Hammon,
At quà lata iacet uasti plaga feruida regni
Distinet Oceanum, zonæq; exusta calentis
Sufficiunt spacio, populi tot castra sequuntur
Autololes, Nimidæq; uagi, semperq; paratus
Inculto Getulus equo, tum concolor Indo
Maurus, inops Nasamon, mixti Garamante peruſto
Marmaridæ uolucres, æquaturusq; sagittas
Medorum tremulum cùm torsit missile Mazax,
Et gens, quæ nudo residens, Massylia dorso
Ora leui flectit frenorum nescia uirga,
Et solitus uacuis errare mapalibus Afer
Venator, ferriq; simul fiducia non est
Vestibus iratos laxis operire leones.
Nec solum studijs ciuilibus arma parabat,
Priuatæ sed bella dabat Iuba concitus iræ.
Hunc quoq; quò superos, humanaq; polluit anno
Lege Tribunicia solio depellere auorum
Curio tentarat, Libyamq; auferre tyranno,
Dum regnum te Roma facit. memor ille doloris
Hoc bellum sceptri fructum putat esse retenti.
Hac igitur regis trepidat iam Curia fama,
Et quòd Cæsareis nunquam deuota iuuentus
Illa nimis castris, nec Rheni miles in undis
Exploratus erat, Corphini captus in arce,

Atlas Mauritaniæ mons.

Autololes populi ualidissimi.

Cõmemorat trepidationẽ Curionis audito regis aduentu, & cognito eius animo.

Infidusq; nouis ducibus, dubiusq; priorĩ
Pas utrunq; putat, sed postquam languida segnĩ
Cernit cuncta metu, nocturnaq; munia ualli
Desolata fugat trepida sic mente profatur:
Audendo magnus tegitur timor, arma capessam
Ipse prior, campum miles descendat in æquum
Dum meus est, uariam semper dant ocia mentem.
Eripe consilium pugnæ, cùm dira uoluntas
Ense subit presso, & galeæ texere pudorem,
Quis conferre duces meminit? quis pendere causſas,
Qua stetit inde fauet ueluti fatalis arenæ
Muneribus non ira uetus concurrere cogit,
Productos odere pares. Sic fatus, apertis
Instruxit campis acies, quem blanda futuris
Deceptura malis belli fortuna recepit,
Nam pepulit Varum campo, nudataq; fœda
Terga fuga, donec uetuerunt castra, cecidit.
Tristia sed postquam superati prælia Vari
Sunt audita Iubæ, lætus quòd gloria belli
Sit rebus seruata suis, rapit agmina furtim,
Obscuratq; suam per iussa silentia famam,
Hoc solùm metuens incautus ab hoste timeri.
Mittitur exigua, qui prælia prima lacessat,
Eliciatq; manu Numidis à rege secundus
Vt sibi commissi simulator Sabbura belli,
Ipse cauа regni uires in ualle retentat.

Curionis uerba.

Sententia nota uulgo quippe dicitur per quietem consilia mutari, noctem habere consilium.

Ad Iubam refertur, qui Varo uenit opitulaturus. Iussa silentia ideo dicit, quoniam Iuba ueteratui uulgari aduentũ suũ. Lacesso prouoco dicitur, ut lacesso te furta.

Aspidas

Aspidas ut Pharias cauda solertior hostis
Ludit, & tratas incerta prouocat umbra,
Obliquansq; caput uanas serpentis in auras
Effusæ tuto comprendit guttura morsu
Letiferam citra saniem, tunc irrita pestis
Exprimitur, faucesq; fluunt pereunte ueneno.
Fraudibus euentum dederat fortuna, feroxq;
Non exploratis occulti uiribus hostis,
Curio nocturnum castris erumpere cogit,
Ignotisq; equitem latè decurrere campis.
Ipse sub auroræ primos excedere motus
Signa iubet castris, multum, frustraq; rogatus
Vt Lybicas metuat fraudes, infectaq; semper
Punica bella dolis. leti fortuna propinqui
Tradiderat fatis iuuenem, bellumq; trahebat
Authorem ciuile suum, super ardua ducit
Saxa, super cautes abrupto limite signa,
Cùm procul è summis conspecti collibus hostes
Fraude sua cessere parum, dum colle relicto
Effusam patulis aciem committeret aruis.
Ille fugam credens simulatæ nescius artis,
Vt uictor medios aciem proiecit in agros,
Tunc primùm patuere doli, Numidæq; fugaces
Vndiq; completis clauserunt montibus agmen.
Obstupuit dux ipse simul, perituraq; turba
Non timidi petiere fugam, non prælia fortes.

Similitudine sumpta à serpentibus docet Curionem circũuentum dolo lubæ.

Artẽ hic pro fraude accipit Lucanus.

Agmen societas dicitur.

Hypallage.

Quippe ubi non ſonipes motus clangore tubarum
Saxa quatit pulſu, rigidos uexantia frenos
Ora tenens, ſpargitq; iubas, & ſurrigit aures,
Incertoq; pedum pugnat non ſtare tumultu.
Feſſa iacet ceruix, fumant ſudoribus artus,
Oraq; proiecta ſqualent arentia lingua,
Pectora rauca gemunt, quæ creber anhelitus urget,
Et defecta grauis longè trahit ilia pulſus,
Siccaq; ſanguineis dureſcit ſpuma lupatis,

Proſequitur reliqua laſſitudinis equinæ ſigna, ſub ducturus infelicem Curionis militumq; ſtragem.

Iamq; gradum neq; uerberibus, ſtimulisq; coacti,
Nec quamuis crebris iuſſi calcaribus addunt,
Vulneribus coguntur equi, nec profuit ulli
Cornipedis rupiſſe moras, neq; enim impetus illis
Incurſusq; fuit, tantùm profertur ad hoſtes,
Et ſpacium iaculis oblato uulnere donat.
At uagus Afer equos ut primùm emiſit in agmen

Turbo Biſtonius dicitur impetus Aquilonis, qui flat à Thracia, quę Biſtonia appellatur.

Tunc campi tremuere ſono, terraq; ſoluta
Quantus Biſtonio torquetur turbine puluis,
Aëra nube ſua texit, traxitq; tenebras.
Vt uerò in pedites fatum miſerabile belli
Incubuit, nullo dubij diſcrimine Martis
Ancipites ſtetêre caſus, ſed tempora pugnæ
Mors tenuit, neq; enim licuit procurrere contrà
Et miſcere manus, ſic undiq; ſepta iuuentus
Cominus obliquis, & rectis eminus haſtis
Obruitur, non uulneribus, nec ſanguine ſolum

Telorum

Telorum nimbo peritura, at pondere ferri.
Ergo acies tantæ paruum spissantur in orbem,
Ac si quis metuens medium correpsit in agmen.
Vix impunè suos inter conuertitur enses,
Densaturq; globus, quantum pede prima relato
Constrinxit gyros acies, non arma mouendi
Iam locus est pressis, stipataq; membra teruntur.
Frangitur armatum collisо pectore pectus,
Non tam læta tulit uictor spectacula Maurus,
Quàm fortuna dabat, fluuios non ille cruoris,
Membrorumq; uidet lapsum, & ferientia terram
Corpora, compressum turba stetit omne cadauer.
Excitet inuisas diræ Carthaginis umbras
Inferijs fortuna nouis, ferat ista cruentus
Hannibal, & Pœni tam dira piacula manes,
Romanam superi Lybica tellure ruinam
Pompeio prodesse nefas, uotisq; Senatus
Africa nos potiùs uincat sibi. Curio fusas
Vt uidit campis acies, & cernere tantas
Permisit clades compressus sanguine puluis,
Non tulit afflictis animam producere rebus,
Aut sperare fugam, cecidit q; in strage suorum
Impiger ad letum, & fortis uirtute coacta.
Quid nunc rostra tibi prosunt turbata, forumq;
Vnde Tribunitia plebeius signifer arte
Arma dabas populis? quid prodita iura Senatus,

In superos exclamatio.

Curio suorũ strage cõmotus, acri animo prœliatur, & demum uictus succũbit.

In Curionem ciuilium bellorũ suasorem proclamatio.

Et gener atq; socer bello concurrere iußit
Antè iaces, quàm dira duces Pharsalia conferet,
Spectandumq; tibi bellum ciuile negatum est.
Ciuitatis primarios poëta alloquitur. Has urbi miseræ uestro de sanguine pœnas
Ferre datis, luitis iugulo sic arma potentes.
Felix Roma quidem, ciuesq; habitura beatos,
Si libertatis superis tam cura placeret,
Quàm uindicta placet. Lybicas en nobile corpus
Insepultus Curio. Pascit aues, nullo contectus Curio busto.
At tibi nos (quando non proderit ista silere
A quibus omne æui senium sua fama repellit)
Digna damus iuuenis meritæ præconia uitæ:
Haud alium tanta ciuem tulit indole Roma,
Aut cui plus leges deberent recta sequenti.
Temporum accusat curru pfelam, quibus homines uitiosi efficiebantur. Perdita tunc urbi nocuerunt sæcula, postquam
Ambitus & luxus, & opum metuenda facultas
Transuerso mentem dubiam torrente tulerunt,
Momentumq; fuit mutatus Curio rerum,
Gallorum captus spolijs, & Cæsaris auro.
Ius licet in iugulos nostros sibi fecerit ense
Sylla potens, Mariusq; ferox, & Cinna cruentus,
Cæsareæq; domus series, cui tanta potestas
Concessa est: emêre omnes, hîc uendidit urbem.

Libri quarti finis.

M. ANNEI LVCANI
PHARSALIAE
LIBER V.

SVLPITII ARGVMENTVM.

Quintus in Epiro narrat te Magne senatum
Constituisse ducem, tum Delphica consulit antra
Appius, & domitis rediens iam Cæsar Iberis,
Composuit sæuos intra sua castra tumultus.
Et Dictator abit, nec non & Consul ab urbe
Brunduſium, classem recipit Pharsalia, cymba
Pene ducis periit temeraria: nauigat inde
Marcus, & in Lesbum te uir Cornelia mittit.

HIC alterna duces bellorum uulnera passos
In Macedum terras miſcens aduersa secundis
Seruauit fortuna pares. iam sparserat Hæmo
Bruma niues, gelidoq; cadens Atlantis Olympo,
Instabatq; dies, qui dat noua nomina fastis.
Quiq; colit primus ducentem tempora Ianum.
Dum tamen emeriti remanet pars ultima iuris

Tũc anni inſtabat initiũ, quo magiſtratus eligebantur Calendis Ianuarijs.

Conſul

In huius quinti libri principio recitat q̃modo Cæsar & Pompetus se in Epirum receperũt, nec procul alter ab altero fuit, neuter tamen alterum sustulit, quod fortuna utrũque seruauit.

Consul uterq; uagos belli per munia patres
Elicit Epirum. peregrina ac sordida sedes
Romanos cepit proceres, secretaq; rerum
Hospes in extremis audiuit curia tectis,
Nam quis castra uocet tot strictas iure secures?
Tot fasces? docuit populos uenerabilis ordo,
Non Magni partes, sed Magnum in partibus esse.
Vt primùm mœstum tenuere silentia cœtum,
Lentulus è celsa sublimis sede profatur.

Lentuli oratio in deliberatiuo genere ad Romanos Senatores.

Indole si dignum Latia, si sanguine prisco
Robur inest animis, non qua tellure coacti,
Quamq; procul tectis captæ sedeamus ab urbis
Cernite, sed uestræ faciem cognoscite turbæ,
Cunctaq; iussuri primùm hoc decernite patres,
Quòd regnis, populisq; liquet nos esse Senatum.
Nam uel Hyperboreæ plaustrum glaciale sub Vrsæ,
Vel plaga qua torrens, claususq; uaporibus axis
Nec patitur noctes, nec iniquos crescere soles.
Si fortuna ferat, rerum nos summa sequetur,
Imperiumq; comes. Tarpeia sede peruста
Gallorum facibus, Veiosq; habitante Camillo
Illic Roma fuit, non unquam perdidit ordo
Mutato sua iura solo, mœrentia tecta
Cæsar habet, uacuasq; domos, legesq; silentes,
Clausaq; iustitio tristi fora, curia soles
Illa uidet patres, plena quos urbe fugauit.

Confirmat exemplo loci mutationem non tollere potestatem Senatus.

Ordine

Ordine de tanto quisquis non exulat, hîc est.
Ignaros scelerum, longaq; in pace quietos
Bellorum primus sparsit furor, omnia rursus
Membra loco redeunt. en totis uiribus orbis
Hesperiam pensant superi, iacet hostis in undis
Obrutus Illyricis, Libyes squallentibus aruis
Curio Cæsarei cecidit pars magna Senatus.
Tollite signa duces, fatorum impellite cursum,
Spem uestram præstate Deis, fortunaq; tantos
Det uobis animos, quantos fugientibus hostem
Causſa dabat. Nostrum exhausto ius clauditur anno
Vos quorum finem non est sensura potestas.
Consulite in medium patres, Magnumq; iubete
Esse ducem. læto nomen clamore Senatus
Excipit, & Magno fatum patriæq; suumq;
Imposuit: tunc in reges, populosq; merentes
Sparsus honos, pelagiq; potens Phœbeia donis
Exornata Rhodos, gelidiq; inculta iuuentus
Taygeti, fama ueteres laudantur Athenæ,
Massyliæq; suæ donatur libera Phocis.
Tunc Sadalen, fortemq; Cotyn, fidumq; per arma
Deiotarum, & gelidæ dominum Rhasipolin oræ
Collaudant, Libyamq; iubent authore Senatu
Sceptrifero parere Iubæ. prò tristia fata,
En tibi non fidæ gentis dignissime regno
Fortunæ Ptolemæe pudor, crimenq; deorum,

Cohortatio.

Rhodos Carpathij maris insula.

Taygetus mons Laconum inter Lacedæmona et mare.

Cingere

Cingere Pellæo pressos diademate crines
Permissum, sæuum in populos puer accipis ensem,
Atq; utinam in populos, donata est regia Lagi.
Acceßit Magni iugulus, regnumq; sorori
Ereptum est, soceroq; nefas. iam turba soluta
Arma petit cœtu, quæ cùm populiq;, ducesq;
Casibus incertis & cæca sorte pararent,
Solus in ancipites metuit descendere Martis
Appius euentus, finemq; expromere rerum
Sollicitat superos, multosq; obducta per annos
Delphica fatidici referat penetralia Phœbi.
Hesperio tantum, quantum semotus Eoo
Cardine Parnasus gemino petit æthera colle,
Mons Phœbo Bromioq; sacer, cui numine mixto
Delphica Thebanæ referunt trieterica Bacchæ.
Hoc solum fluctu terras mergente cacumen
Eminuit, pontoq; fuit discrimen & astris.
Tu quoq; uix summam seductus ab æquore rupem
Extuleras, unoq; iugo Parnase latebas.
Vltor ibi expulsæ premeret cum uiscera partus
Martis adhuc rudibus Pæan Phythona sagittis
Explicuit, cùm regna Themis, tripodasq; teneret.
Vt uidit Pæan uastos telluris hiatus
Diuinam spirare fidem, uentosq; loquaces
Exhalare solum, sacris se condidit antris,
Incubuitq; adyto, uates ibi factus Apollo,

Diadema Pellæum dicitur corona regia Alexãdri Magni, Pellæus enim Alexander Magnus â Pella patria dictus est.

Parnasi montis Phocidæ descriptio.

Pæan Phœb. Phython serpens Parnasi ab Apollinẽ confixus.

Themis dea uaticinij.

Quis

Quis latet hic superũ, quod numẽ ab æthere pressũ
Dignatur cæcas inclusum habitare cauernas?
Quis terram cœli patitur Deus, omnia cursus
Aeterni secreta tenens, mundiq; futuri
Conscius, ac populis sese proferre paratus,
Contactusq; ferens hominum, magnusq;, potensq;
Siue canit fatum, ceu quod iubet ille canendo
Fit fatum: forsan terris inserta regendis
Aëre libratum uacuo quæ sustinet orbem
Totius pars magna Iouis Cyrrhæa per antra
Exit, & æthereo trahitur connexa tonanti,
Hoc ubi uirgineo conceptum est pectore numen,
Humanam feriens animam sonat, oroq; uatis
Soluit, ceu Siculis flammis urgentibus Aetnam
Vndat apes, Campana fremens ceu saxa uaporat
Conditus Inarimes æterna mole Typhoëus.
Hoc tamen expositum cunctis, nullisq; negatum
Numen ab humani solum se labe furoris
Vindicat, haud illic tacito mala uota susurro
Concipiunt, nam fixa canens, mutandaq; nulli
Mortales optare uetat, iustisq; benignus
Sæpè dedit sedem totas mutantibus urbes,
Vt Tyrijs dedit ille minas impellere belli,
Vt Salaminiacum meminit mare. sustulit iras
Telluris sterilis monstrato fine, resoluit
Aëra tabificum: non ullo sæcula dono

Similitudo.

Typhoeus.

Nostra

Nostra carent maiore Deûm, quàm Delphica sedes
Silentij Apollinis causſæ, Quòd siluit, postquam reges timuere futura,
Et superos uetuere loqui, nec uoce negata
Cyrrhæa mœrent uates, templiq; fruuntur
Iustitio: nam si qua Deus sub pectore uenit
Numinis, aut pœna est mors immatura recepti,
Aut precium, quippe stimulo, fluctuq; furoris
Compages humana labat, pulsuq; deorum
Concutiunt fragiles animas. Sic tempore longo
Per tripodas intelligit cortinas, adquas iã diu nemo accesserat, & diu siluerant Castalios dictos à Castalia nympha, quã cum persequeretur Apollo, sese de rupe præcipitauit, & est in fontem conuersa. Immotos tripodas, uastæq; silentia rupis
Appius Hesperij scrutator ad ultima fati
Sollicitat, iussus sedes laxare uerendas
Antistes, pauidamq; deis immittere uatem,
Castalios circum latices, nemorumq; recessus
Phœmonoën errore uagam, curisq; uacantem
Corripuit, cogitq; fores irrumpere templi.
Limine terrifico metuens consistere Phœbas
Phœbas Appio dissuadere nititur, ne Apollinis consulat oraculum. Absterrere ducem noscendi ardore futura
Cassa fraude parat. quid spes (ait) improba ueri
Te Romane trahit? muto Parnasus hiatu
Conticuit, preßitq; Deum, ceu spiritus istas
Destituit fauces, mundiq; in deuia uersum
Duxit iter, ceu barbarica cum lampade Python
Arsit in immensas cineres, abiere cauernas,
Et Phœbi tenuere uiam, ceu sponte deorum
Cyrrha silet, fatiq; sat est arcana futuri

Carmi-

Carmine longæuæ uobis commissa Sibyllæ:
Seu Pæan solitus templis arcere nocentes,
Ora quibus soluat nostro non inuenit æuo.
Virginei patuere doli, fecitq; negatis
Numinibus, metus ipse fidem. tum torta priores
Stringit uitta comas, crinesq; in terga solutos
Candida Phocaica complectitur insula lauro.
Hærentem, dubiamq; premens in templa sacerdos
Impulit, illa pauens adyti penetrale remoti
Fatidicum, prima templorum in parte resistit,
Atq; Deum simulans sub pectore ficta quieto
Verba refert, nullo confusæ murmure uocis
Instinctam sacro mentem testata furore,
Haud æquè læsura ducem, cui falso canebat,
Quàm Tripodas, Phœbiq; fidem, non rupta trementi
Verba sono, nec uox antri complere capacis
Sufficiens spacium, nulloq; horrore comarum
Excussæ laurus, immotaq; culmina templi,
Securumq; nemus, ueritam se credere Phœbo
Prodiderant, sentit Tripodas cessare furensq;
Appius, & uobis meritas dabis impia pœnas,
Et superis, quos fingis, ait: nisi mergeris antris,
Deq; orbis trepidi tanto consulta tumultu
Desinis ipsa loqui. tandem conterrita uirgo
Confugit ad Tripodas, uastisq; adducta cauernis
Hæsit, & insueto concepit pectore numen.

Phœbadis Apollineę, sacerdotis subdolã ex eo q̃ meticulosam esse uideret, dissuasionem intellexit Appius.

Phœbas Apollinis adytum intrat coacta.

Furor facer capitur pro diuino impetu.

Quod non exhauſtæ per tot iam ſæcula rupis
Spiritus ingeßit uati, tandemq; potitus
Pectore Cyrrhæo non unquam plenior artus
Phœbados irrupit Pæan, mentemq; priorem
Expulit, atq; hominem toto ſibi cedere iußit
Pectore, bacchatur demens aliena per antrum
Colla ferens, uittasq; Dei, Phœbeaq; ſerta
Erectis diſcuſſa comis, per inania templi
Rotare uerte te dicitur. Ancipiti ceruice rotat, ſpargitq; uaganti
Obſtantes Tripodas, magnoq; exæſtuat igne
Iratum te Phœbe ferens, nec uerbere ſolo
Vteris, & ſtimulos, flammasq; in uiſcera mergis:
Accipit & frenos, nec tantum prodere uati
Quantum ſcire licet, uenit ætas omnis in unam
Nã omnium ætatum fata in unum erãt cumulum & globum coad unata. Congeriem, miſerumq; premunt, tot ſæcula pectus,
Tanta patet rerum ſeries, atq; omne futurum
Mittitur in lucem, uocemq; petentia fata
Luctantur, non prima dies, non ultima mundi,
Non modus Oceani, numerus non deerat arenæ.
Cumæ eſt oppidum in Campania, conditũ ab Atticis, q ex Euboëa in ſula uenerãt. Talis in Euboico uates Cumana, receſſu
Indignata ſuum multis ſeruire furorem
Gentibus, ex tanta fatorum ſtrage ſuperba
Excerpſit Romana manu, ſic plena laborat
Phœmonoë Phœbo, dum te conſultor operti
Caſtalia tellure Dei uix inuenit Appi,
Inter fata diu quærens tam magna latentem.

Spumea

Spumea tunc primùm rabies uesana per ora
Effluit, & gemitus, & anhelo clara meatu
Murmura, tunc mœstus uastis ululatus in antris,
Extremæq; sonant domita iam uirgine uoces:
Effugis ingentes tanti discriminis expers
Bellorum Romane minas, solusq; quietem
Euboici uasta lateris conualle tenebis.
Cætera suppressit, faucesq; obstruxit Apollo.
Custodes Tripodes fatorum, arcanaq; mundi,
Tuq; potens ueri Pæan, nullumq; futuri
A superis cælate diem, suprema ruentis
Imperij, cæsosq; duces, & funera regum
Et tot in Hesperio collapsas sanguine gentes
Cur aperire times? an nondum numina tantum
Decreuere nefas, & adhuc dubitantibus astris
Pompeij damnare caput tot fata tenentur,
Vindicis an gladij facinus, pœnasq; furorum
Regnaq; adultores iterum redeuntia Brutos,
Vt peragat fortuna taces? tunc pectore uatis
Impacte cessere fores, exclusæq; templis
Prosiluit: perstat rabies, nec cuncta locuta est,
Quem non emisit, superest Deus, illa feroces
Torquet adhuc oculos, totoq; uagantia cœlo
Lumina, nunc uultu pauido, nunc torua minaci,
Stat nunquam facies, robur igneus inficit ora,
Liuentesq; genas, nec qui solet esse timenti

Appij fato in uento asserit eam fuisse acrius concitam.

Apollinis oraculum.

Percontatur poëta cur tot Romanorum calamitates cædesq; non publicet Apollo.

Tripodes sunt sedes è quibus responsa dabantur.

Duo fuerunt Bruti, scilicet Iunius et Marcus.

Informitas quã ex Apollineo furore sacerdos contrahit.

Terribilis, sed pallor inest, nec fessa quiescunt
Corda, sed ut tumidus Boreæ post flamina pontus
Rauca gemit, sic multa leuant suspiria uatem.
Dumq; à luce sacra qua uidit fata refertur
Ad uulgare iubar, mediæ uenêre tenebræ,
Immisit stygiam Pæan in uiscera Lethen,
Quæ raperet secreta Deûm. tum pectore uerùm
Fugit, & ad Phœbi Tripodas rediere futura,
Vixq; refecta cadit: nec te uicinia leti
Ad Appium redit. Territat ambiguis frustratum sortibus Appi,
Iure sed incerto mundi subsidere regnum,
Chalcidos Euboicæ uana spe rapte parabas,
Appio mors sepulturaq; prædicatur. Heu demens, nullum belli sentire fragorem,
Tot mundi caruisse malis præstare, Deorum
Excepta quis morte potest? secreta tenebis
Locus Appiani tumuli describitur. Littoris Euboici memorando condite busto,
Rhamnis Euboiq urbs ubi dea Nemesis superbis infesta colebatur unde & Rhãnusia uocata est. Qua maris angustat fauces saxosa Carystos,
Et tumidis infesta colit quà numina Rhamnis,
Arctatus rapido feruet quà gurgite pontus,
Euripusq; trahit cursum mutantibus undis
Aulis Bœotiæ regiuncula cum portu. Chalcidicas puppes ad iniquam classibus Aulim.
Interea domitis Cæsar remeabat Iberis
Victrices aquilas alium laturus in orbem,
Cùm prope fatorum tantos per prospera cursus
Auertêre Dei, nullo nam Marte subactus
Cæsar Bethicã petijt Afranio Petreioq; deuictis. Intra castrorum timuit tentoria ductor
Peracta ea parte quæ Ap

Perdere

Perdere successus scelerum, cùm pene fideles
Per tot bella manus saciatæ sanguine tandem
Destituêre ducem, seu mœsto classica paulum
Intermissa sono, claususq; & frigidus ensis
Expulerat belli furias, seu præmia miles
Dum maiora petit, damnat caussamq;, ducemq;,
Et scelere imbutos etiam nunc uendicat enses.
Haud magis expertus discrimine Cæsar in ullo est,
Quàm non è stabili, tremulo sed culmine cuncta
Despiceret, staretq; super titubantia fultus,
Tot raptis truncus manibus, gladioq; relictus
Pene suo, qui tot gentes, in bella trahebat
Scit non esse ducis, strictos sed militis enses.
Non pauidum iam murmur erat, nec pectore tecto
Ira latens, nam quæ dubias constringere mentes
Caussa solet, dum quisq; pauet, quibus ipse timori est,
Seq; putat solùm regnorum iniusta grauari,
Haud retinet, quippe ipsa metus exoluerat audax
Turba suos. Quicquid multis peccatur, inultum est.
Effudere minas: liceat discedere Cæsar
A rabie scelerum: quæris terraq;, mariq;
His ferrum iugulis, animasq; effundere uiles
Quolibet hoste paras, partem tibi Gallia nostri
Eripuit, partem duris Hispania bellis,
Pars iacet Hesperia, totoq; exercitus orbe
Te uincente perit. Terris fudisse cruorem

piana oracula conternit, prosequitur eam quę ad Cæsaris aduentum tu castra tumultuosa respicit, q̃ in primo rei periculum, deinde militum querelam, tum duces animosi responsionem, ac demũ tumultus sedationẽ recitat.

Paroemia, quæ & sententia dicitur. Orationem militis, p omnibus copijs in Cæsaris absentia loquentis recitat.

Quid iuuat Arctois, Rhodano, Rhenoq; subactis?
Tot mihi pro bellis bellum ciuile dedisti.
Cepimus expulso patriæ cum tecta Senatu
Quos hominum, uel quos licuit spoliare Deorum?
Imus in omne nefas, manibus, ferroq; nocentes,
Paupertate pij: finis quis quæritur armis?
Quid satis est, si Roma parum? iam respice canos,
Inualidasq; manus, & inanes cerne lacertos.
Vsus abit uitæ, bellis consumpsimus æuum.
Ad mortem dimitte senes, en improba uota,
Non duro liceat morientia cespite membra
Ponere, non animæ galeam fugiente ferire,
Atq; oculos morti clausuram quærere dextram:
Coniugis illabi lachrymis, uniq; paratum
Scire rogum, liceat morbis finire senectam.
Sit præter gladios aliquod sub Cæsare fatum,
Quid uelut ignaros ad quæ portenta paremur
Spe trahis? usq; adeò soli ciuilibus armis
Nescimus cuius sceleris sit maxima merces?
Nil actum est bellis, si nondum comperit istas
Omnia posse manus, nec fas, nec uincula iuris
Hoc audere uetant. Rheni mihi Cæsar in undis
Dux erat, hic socius. Facinus quos inquinat, æquat.
Adde quòd ingrato meritorum iudice uirtus
Nostra perit, quicquid gerimus, fortuna uocatur.
Nos fatum sciat esse suum, licet omne Deorum

Qui enim more militiæ illi paratur lectus cespite duro factus.

Fortuna inopinatus est euentus.

Obse-

Obsequium speres, irato milite Cæsar
Pax erit. Hæc fatus totis discurrere castris
Cœperat, infestoq; ducem deposcere vultu.
Sic eat ô superi, quando pietasq; fidesq;
Destituunt, moresq; malos sperare relictum est,
Finem ciuili faciat discordia bello.
Quem non ille ducem potuit terrere tumultus?
Fata sed in præceps solitus dimittere Cæsar,
Fortunamq; suam per summa pericula gaudens
Exercere. uenit: nec, dum desæuiat ira,
Expectat, medios properat tentare furores.
Non illis urbes, spoliandaq; templa negasset
Tarpeiamq; Iouis sedem, matresq; Senatus.
Passurasq; infanda nurus. uult omnia Cæsar
A se sæua peti, uult præmia Martis amari:
Militis indomiti tantùm mens sana timetur.
Non pudet, heu Cæsar, soli tibi bella placere
Iam manibus damnata tuis? hos ante pigebit
Sanguinis, his ferri graue ius erit, ipse per omne
Fasq; nefasq; rues? lassare, & disce sine armis
Posse pati, liceat scelerum tibi ponere finem.
Sæue quid insequeris? quid iam nolentibus instas?
Bellum te ciuile fugit. Stetit aggere fulti
Cesspitis intrepidus uultu, meruitq; timeri
Non metuens, atq; hæc ira dictante profatur:
Qui modo in absentem uultu, dextraq; furebas

Superos precatur ut malis moribus finē bellis ciuilibus imponi perferant.

Cum admiratione quadā prædicat robur animi Cæsariani.

Tarpeia dicitur arx à Tarpeia uirgine, quæ Sabinis arcem prodidit.

Oratio Cæsaris.

Sententia.

Miles, habes nudum, promptumq; ad uulnera pectus,
Hinc fuge, si belli finis placet, ense relicto.
Detegit imbelles animos nil fortiter ausa
Seditio, tantumq; fugam meditata iuuentus,
Ac ducis inuicti rebus lassata secundis.
Vadite, meq; meis ad bella relinquite fatis,
Inuenient hæc arma manus, uobisq; repulsis
Tot reddet fortuna uiros, quot tela uacabunt:
An ne fugam Magni tanta cum classe sequuntur
Hesperiæ gentes, nobis uictoria turbam
Non dabit, impulsi tantùm quæ præmia belli
Auferat, & uestri rapta mercede laboris
Lauriferos nullo comitetur uulnere currus?
Vos despecta senes, exhaustaq; sanguine turba
Cernetis nostros iam plebs Romana triumphos.
Cæsaris an cursus uestræ sentire putatis
Damnum posse fugæ? ueluti si cuncta minentur
Flumina, quos miscent pelago subducere fontes,
Non magis ablatis unquàm decreuerit æquor
Quàm nunc crescit aquis. an uos momenta putatis
Vlla dedisse mihi? nunquam sic cura Deorum
Se premit, ut uestræ morti, uestræq; saluti
Fata uacent. Procerum motus hæc cuncta sequuntur.
Humanum paucis uiuit genus. orbis Iberi
Horror, & Arctoi nostro sub nomine miles
Pompeio certè fugeres duce. fortis in armis

Cæsar nunq; tumultuantibus cessit, sed semper obuiã fuit: ut Suetonius scribit.

Hesperiæ duæ sunt, una quæ Hispania dicitur, altera Italia.

Laurus triumphis dicata est, ut inquit Plinius.

Notatur ꝙd dij curant qui dem mortalia, sed non adeo se premunt & inclinant, ut negocia utiliꝰ personarũ & mortem utriq; militũ curent,

Cæsa-

Cæsareis Labienus erat, nunc transfuga uilis
Cum duce prælato terras, atq; æquora lustrat:
Nec melior mihi uestra fides, si bella nec hoste,
Nec duce me geritis, quisquis mea signa relinquit,
Nec Pompeianis tradit sua partibus arma,
Hic nunquam uult esse meus: sunt ista profecto
Curæ castra Deis, qui me committere tantis
Non nisi mutato uoluerunt milite bellis.
Heu quantum fortuna humeris iam pondere fessis
Amolitur onus, sperantes omnia dextras
Exarmare datur, quibus hîc non sufficit orbis.
Iam certè mihi bella geram. discedite castris,
Tradite nostra uiris ignaui signa Quirites.
At paucos, quibus hæc rabies authoribus arsit,
Non Cæsar, sed pœna tenet. procumbite terra,
Infidumq; caput, feriendaq; tendite colla.
Et tu, quò solo stabunt iam robore castra,
Tyro rudis, specta pœnas, & disce ferire,
Disce mori. Tremuit sæua sub uoce minantis
Vulgus iners, unumq; caput tam magna iuuentus
Priuatum factura timet, uelut ensibus ipsis
Imperet inuito moturus milite ferrum.
Ipse pauet ne tela sibi dextræq; negentur
Ad scelus hoc Cæsar: uicit patientia sæui
Spem ducis, & iugulos, non tantùm præstitit enses.
Nil magis assuetas sceleri, quàm perdere mentes,

solummodo fata ducum, & magnorũ utrorum prospicientes.

Tyro nouus; miles dictus.

Atq; perire timet, tam diri fœderis ictu
Parta quies, pœnaq; redit placata iuuentus,
Brunduſium decimis iubet hanc attingere caſtris,
Et cunctas reuocare rates, quas auius Hydrus,
Antiquusq; Taras, ſecretaq; littora Leucæ,
Quas recipit Salpina palus, & ſubdita Sipus
Montibus, Auſoniam qua torquens frugifer oram,
Dalmatico Boreæ, Calabroq; obnoxius Auſtro
Appulus Adriacas exit Garganus in undas.
Ipſe petit trepidam tutus ſine milite Romam
Iam doctam ſeruire togæ, populoq; precanti
Scilicet indulgens ſummum Dictator honorem
Contigit, & lætos fecit, ſe Conſule, feſtos.
Nanq; omnes uoces per quas iam tempore tanto
Mentimur dominis, hæc primùm repperit ætas,
Quà ſibi ne ferri ius ullum Cæſar abeſſet,
Auſonias uoluit gladijs miſcere ſecures.
Addidit & faſces Aquilis, & nomen inane
Imperij rapiens, ſignauit tempora digna
Mœſta nota: nam quò meliùs Pharſalicus annus
Conſule notus erit? fingit ſolennia campus,
Et non admiſſæ dirimit ſuffragia plebis,
Decantatq; tribus, & uana uerſat in urna,
Nec cœlum ſeruare licet: tonat augure ſurdo,
Et lætæ iurantur aues bubone ſiniſtro.
Inde perit primùm quondam ueneranda poteſtas

Hydrus fluuius Appuliæ,
Taras fluuius Tarentinus,
Salpina palus Appuliæ.
Sipus palus.
Romam petit Cæſar.
Cum Cæſar Conſulatum accepit, initiũ fuit plurimis nominib. Imperatores dicerentur qui reges ſunt.
Proſequitur auſpiciorum corruptionem.

Iuris

Iuris inops, careat tantum ne nomine tempus
Menstruus in fastos distinguit sæcula Consul.
Necnon Iliacæ numen quod præsidet Albæ
Haud meritum Latio solennia sacra subacto.
Vidit flammifera confectas nocte Latinas.
Inde rapit cursus, & quæ piger Appulus arua
Deseruit rastris, & inerti tradidit herbæ,
Ocyor & cœli flammis, & Tigride fœta
Transcurrit, curuiq; tenens Minoïa tecta
Brunduſij, clausas uentis brumalibus undas
Inuenit, & pauidas hyberno sydere classes.
Turpe duci uisum est rapiendi tempora belli
In segnes hæsisse moras, portuq; teneri
Dum pateat tutum, uel non felicibus æquor.
Expertes animos pelagi sic robore complet,
Fortiùs hyberni flatus, cœlumq;, fretumq;
Cùm cœpere, tenent, quàm quos incumbere certos
Perfida nubiferi uetat inconstantia ueris.
Nec maris anfractus, lustrandaq; littora nobis,
Sed recti fluctus, soloq; Aquilone secandi.
Hic utinam summi curuet Carchesia mali,
Incumbatq; furens, & Gratia ad mœnia perflet,
Ne Pompeiani Phæacum è littore toto
Languida iactatis comprendant carbasa remis,
Rumpite quæ retinent felices uincula proras,
Iamdudum nubes, & sæuas perdimus undas.

Non potuit Cæsar maris expectare placationē, suos milites transfretare cohortans.

Carchesia malorum nauis fastigia, quandoq; uero pocula.

Sydera

Sydera prima poli Phœbo labente ſub undas
Exierant, & luna ſuas iam fecerat umbras,
Tum pariter ſoluêre rates, totoſq; rudentes.
Laxauere ſinus, & flexo nauita cornu
Obliquat læuo pede carbaſa, ſummaq; pandens
Suppara ſunt ſummę partes uelorum. Suppara uelorum perituras colligit auras
Vt primùm leuior propellere linthea uentus
Incipit, exiguumq; tument, mox reddita malo
In mediam cecidere ratem, terraq; relicta
Non ualet ipſa ſequi puppes, quæ uexerat aura.
Aequora lenta iacent alto torpore ligata,
Similitudo. Pigriùs immotis hæſere paludibus undæ.
Sic ſtat iners Scythicas aſtringens Boſphorus undas,
Cum glacie retinente fretum non impulit Iſter,
Immenſumq; gelu tegitur mare comprimit unda
Deprendit quaſcunq; rates, nec peruia uelis
Aequora frangit eques, fluctuq; latente ſonantem
Beſſi Thracię populi. Orbita migrantis ſcindit Mæotida Beſſi.
Sæua quies pelagi, mœſtoq; ignaua profundo
Stagna iacentis aquæ ueluti deſerta rigente
Aequora natura ceſſant, pontusq; uetuſtas
Oblitus ſeruare uices non commeat æſtu,
Non horrore tremit, non ſolis imagine uibrat
Caſibus innumeris, fixæ patuere carinæ.
Illinc infeſtæ claſſes, & inertia tonſis
Aequora moturæ, grauis hinc languore profundi

Obſeſſis

Obſeßis uentura fames: noua uota timori
Sunt inuenta nouo, fluctus nimiasq; precari
Ventorum uires, dum ſe torpentibus unda
Excutiat ſtagnis, & ſit mare, nubila nuſquam,
Vndarumq; minæ. cœlo languente, fretoq;
Naufragij ſpes omnis abit, ſed nocte fugata
Læſum nube diem iubar extulit, imaq; ſenſim
Concußit pelagi, mouitq; Ceraunia nautis.
Inde rapi cœpere rates, atq; æquora claſſem
Curua ſequi, quæ iam uento, fluctuq; ſecundo
Lapſa Paleſtinas uncis confixit arenas.
Prima duces uidit iunctis conſiſtere caſtris
Tellus, quam uolucer Genuſus, quam mollior Apſus
Circumeunt ripis. Apſo geſtare carinas
Cauſſa palus, leui quam fallens egerit unda.
At Genuſum nunc ſole niues, nunc imbre ſolutæ
Præcipitant, neuter longo ſe gurgite laſſat,
Sed minimum terræ uicino littore nouit.
Hoc fortuna loco tantæ duo nomina famæ
Compoſuit, miſeriq; fuit ſpes irrita mundi.
Poſſe duces parua campi ſtatione diremptos
Admotum damnare nefas, nam cernere uultus,
Et uoces audire datur: multosq; per annos
Dilectus tibi Magne ſocer, poſt pignora tanta
Sanguinis infauſti ſobolem, mortemq; Nepotis
Te niſi Niliaca propiùs non uidit arena.

Ceraunia Epiri montes.

Genuſus & Apſus flumina Epiri, & utriuſq; deſcriptio.

O. Põpeij Cæſar olim pater tuus & per multos annos dilectus à te poſt coniugiũ

Cæſaris

Iuliæ non uidit ce ppius. Cæsaris remoratio.

Cæsaris uerba.

Ausonia Italia est, quę est nobilior.

Cæsaris attonitam miscenda ad prælia mentem
Ferre moras scelerum partes iussere relictæ.
Ductor erat cunctis audax Antonius armis
Iam tunc ciuili meditatus Leucada bello,
Illum sæpè minis Cæsar, precibusq; morantem
Euocat, ô mundi tantorum caussa malorum,
Quid superos, & fata tenes? sunt cætera cursu
Acta meo: summam rapti per prospera belli
Te poscit fortuna manum, num rupta uadosis
Syrtibus incerto Lybiæ nos diuidit æstus?
Nunquid inexperto tua credimus arma profundo?
Inq; nouos traheris casus? ignaue uenire
Te Cæsar, non ire iubet, prior ipse per hostes
Percussi medias alieni iuris arenas.
Tu mea castra times, pereuntia tempora fati
Conqueror, inuentos impendo uota, fretumq;.
Ne retine dubium cupientes ire per æquor,
Si bene nota mihi est, ad Cæsaris arma iuuentus
Naufragio uenisse uolet, iam uoce doloris
Vtendum est, non ex æquo diuisimus orbem,
Epirum Cæsarq; tenet, totusq; Senatus,
Ausoniam tu solus habes. his terq;, quaterq;
Vocibus excitum postquam cessare uidebat,
Dum se deesse Deis, at non sibi numina credit,
Sponte per incertas audet tentare tenebras.
Quod iussi timuere fretum, temeraria prono

Exper-

Expertus ceßiſſe Deo, fluctusq; uerendos
Claßibus, exigua ſperat ſuperare carina.
Soluerat armorum feſſas nox languida curas
Parua quies miſeris, in quorum pectora ſomno
Dat uires fortuna minor, iam caſtra ſilebant,
Tertia iam uigiles commouerat hora ſecundos,
Cæſar ſollicito per uaſta ſilentia greſſu
Vix famulis audenda parat, cunctisq; relictis
Sola placet fortuna comes: tentoria poſtquam
Egreſſus uigilum, ſomno cedentia membra
Tranſiluit, queſtus tacitè quòd fallere poſſet:
Littora curua legit, primusq; inuenit in undis
Rupibus exeſis hærentem fune carinam.
Rectorem, dominumq; ratis ſecura tenebat:
Haud procul inde domus non ullo robore fulta,
Sed ſterili iunco, cannaq; intexta paluſtri,
Et latus inuerſa nudum munita phaſelo.
Hæc Cæſar bis terq; manu quaſſantia tectum
Limina commouit. molli conſurgit Amyclas
Quem dabat alga toro, quiſnam mea naufragus inqt
Tecta petit? aut quem noſtra fortuna coëgit
Auxilium ſperare caſæ? ſic fatus ab alto
Aggere, iam tepidæ ſublato fune fauillæ
Scintillam tenuem commotos pauit in ignes,
Securus belli prædam ciuilibus armis
Scit non eſſe caſam. O uitæ tuta facultas

Diſſimulato gregarij habitu Cæſar incedit.

Trāſilire præterire ſignificat.

Amyclæ domuncula.

Stoicor. imitatus diſcipli

Pauperis

nam paupertatem excolit, ut Seneca & Apuleius.

Pauperis, angustiq; lares, ô munera nondum
Intellecta Deûm: quibus hoc contingere templis,
Aut potuit muris, nullo trepidare tumultu
Cæsarea pulsante manu tum poste recluso
Dux ait, expecta uotis maiora modestis,

Cæsar ad Amyclam.

Spesq; tuas laxa iuuenis, si iussa secutus,
Me uehis Hesperiam: non ultra cuncta carinæ
Debebis, manibusq; inopem duxisse senectam.
Ne cessa præbere Deo tua fata uolenti

Penates quasi penes nos nati dicuntur

Angustos opibus subitis implere penates.
Sic fatur, quanquam plebeio tectus amictu,
Indocilis priuata loqui. tum pauper Amyclas:
Multa quidem prohibent nocturno credere ponto,
Nam sol non rutilas deduxit in æquora nubes,
Concordesq; tulit radios, Noton altera Phœbi,
Altera pars Boream diducta luce uocabat,
Orbe quoq; exhaustus medio, languensq; receßit,
Spectantes oculos infirmo lumine passus,

Luna rubicunda uentos significat, ut inquit Plinius.

Lunaq; non gracili surrexit lucida cornu,
Haud orbis medij puros exesa recessus,
Nec duxit recto tenuata cacumina cornu,
Ventorumq; nota rubuit, tum lurida pallens
Ora tulit uultu sub nubem tristis ituro:
Sed mihi nec motus nemorum, nec littoris ictus,
Nec placet incertus qui prouocat æquora Delphin,
Aut siccum quod mergus amat, quodq; ausa uolare

Ardea

Ardea ſublimis pennæ confiſa natanti,
Quodq; caput ſpargens undis uelut occupet imbrem
Inſtabili greſſu metitur littora cornix.
Sed ſi magnarum poſcunt diſcrimina rerum,
Haud dubitem præbere manus, uel littora tangam
Iuſſa, uel hoc potiùs pelagus, flatusq; negabunt.
Hæc fatus, ſoluensq; ratem dat carbaſa uentis,
Ad quorum motus non ſolùm lapſa per altum
Aëra diſperſos traxere cadentia ſulcos
Sydera, ſed ſummis & iam quæ fixa tenentur
Aſtra polis, ſunt uiſa quati, niger inficit horror
Terga maris, longo per multa uolumina tractu
Aeſtuat unda minax, flatusq; incerta futuri
Turbida teſtantur conceptos æquora uentos.
Tunc rector trepidæ fatur ratis: aſpice ſæuum
Quãta paret pelagus, Zephyrus ne intẽdat an Eurus
Incertum eſt, puppim dubius ferit undiq; pontus.
Nubibus & cœlo Notus eſt, ſi murmura ponti
Conſulimus, uenient Cori in mare, gurgite tanto
Nec ratis Heſperias tanget, nec naufragus oras.
Deſperare uiam, & uetitos conuertere curſus
Sola ſalus, liceat uexata littora puppe
Prendere, ne longè nimium ſit proxima tellus.
Fiſus cuncta ſibi ceſſura pericula Cæſar:
Sperne minas inquit pelagi, uentoq; furenti
Trade ſinum, Italiam ſi cœlo authore recuſas

Nauigatur.

Tanta enim fuit fulminũ ſpiſſitudo, ut uiderentur ſydera innumera è cœlo labi

Amyclas Cæſari.

Zephyri uẽti ſunt Occidentales, alio nomine dicti Fauonij.

Conſulit Amyclas Cæſari nauigio acquieſcendum eſſe.

Cæſar fluctuſſimis intentus cœptum maris iter proſequi iubet.

Tunc superũ conuexa tremunt, atq; arduus axis
Insonuit, motáq; poli compage laborant.
Extimuit natura chaos, rupisse uidentur.
Concordes elementa moras, rursusq; redire
Nox manes mixtura Deis, spes una salutis
Quòd tanta mundi nondum periere ruina.
Quantum Leucadio placidus de uertice pontus
Despicitur, tantum naturæ uidere trementes
Fluctibus è summis præceps mare, cumq; tumentes
Rursus hiant undæ, uix eminet æquore malus,
Nubila tanguntur uelis, & terra carina.
Nam pelagus qua parte sedet, non celat arenam,
Exhaustũ in cumulos, omnisq; in fluctibus unda est.
Artis opem uicere metus, nescitq; magister
Quam frangat, cui cedat aquæ, discordia ponti
Succurrit miseris, fluctusq; euertere puppim
Non ualet in fluctus, uictum latus unda repellens
Erigit, atq; omni surgit ratis ardua uento.
Non humilem Sasona uadis, non littora curuæ
Thessaliæ saxosa pauent, oraq; malignos
Ambraciæ portus, scopulosa Ceraunia nautæ
Summa timent. credit iam digna pericula Cæsar
Fatis esse suis: tantus'ne euertere dixit
Me superis labor est? parua quem puppe sedentem
Tam magno petiere mari: sit gloria leti
Est pelago donata mei, bellisq; negamur,

Intre

Sason insula inter Brundusium & Epirũ: de qua lib. 2. Spumoso Calaber g fundit æquore Sason.

Ambracia urbs in Leucadio sinu.

Petere aggredi est et ferire Hora. Dente lupus, cornu taurus petit.

Intrepidus, quamcunq; datis mihi numina mortem
Accipiam, licet ingentes abruperit actus
Festinata dies fatis, sat magna peregi:
Arctoas domui gentes, inimica subegi
Arma metu, uidit Magnum mihi Roma secundum.
Iussa plebe tuli fasces per bella negatos,
Nulla meis aberit titulis Romana potestas.
Nesciat hoc quisquam nisi tu, quæ sola meorum
Conscia uotorum es, me quamuis plenus honorum
Et Dictator eam Stygias, & Consul ad umbras,
Priuatum fortuna mori: mihi funere nullo
Est opus, ô superi, lacerum retinete cadauer
Fluctibus in medijs, desint mihi busta, roguscq;
Dum metuar semper, terraq; expecter ab omni.
Hæc fatum decimus (dictu mirabile) fluctus
Inualida cùm puppe leuat, nec rursus ab alto
Aggere deiecit pelagi, sed pertulit unda,
Scruposisq; angusta uacant ubi littora saxis
Imposuit terræ, pariter tot regna, tot urbes,
Fortunamq; suam tacta tellure recepit
Sed non tam remeans Cæsar iam luce propinqua,
Quàm tacita sua castra fuga, comitesq; fefellit.
Circunfusa duci fleuit, gemitusq; suorum,
Et non ingratis inceßit turba querelis,
Quò te durè tulit uirtus temeraria Cæsar?
Aut quæ nos miles animas in fata relinquens

Seipsum ex suorum factorum cõmemoratione Cæsar consolatur.

Ad fortunam Apostrophe.

Terræ appulit Cæsar.

Cæsariani absentẽ Cæsarẽ flentes conquerantur.

Inuitis ſpargenda dabas tua membra procellis?
Cùm tot in hac anima populorum uita, ſaluſq;
Pendeat, & tantus caput hoc ſibi fecerit orbis,
Sæuitia eſt uoluiſſe mori, nullus'ne tuorum
Emeruit comitum fatis non poſſe ſuperſtes
Eſſe tuis? cùm te raperet mare, corpora ſegnis
Noſtra ſopor tenuit, pudet heu, tibi cauſſa petendæ
Hæc fuit Heſperiæ, uiſum eſt committere quenquam
Tam ſæuo crudele mari. Sors ultima rerum
In dubios caſus, & prona pericula mortis
Præcipitare ſolet, mundi iam ſumma tenentem
Permiſiſſe mari, tantùm quid numina laſſas?
Sufficit ad fatum belli fauor iſte, laborq;
Fortunæ, quò te noſtris impegit arenis.
Hi'ne uſus placuere Deûm, non rector ut orbis
Nec dominus rerum, ſed felix naufragus eſſes?
Talia iactantes diſcuſſa nocte, ſerenus
Oppreſſit cum ſole dies, feſſumq; tumentes
Compoſuit pelagus uentis patientibus undas.
Nec non Heſperij laſſatum fluctibus æquor
Vt uidere duces, purumq; inſurgere cœlo
Fracturum pelagus Boream, ſoluêre carinas,
Quas uentus, doctæq; pari moderamine dextræ
Permixtas habuere diu: latumq; per æquor
Vt terreſtre coit conſertis puppibus agmen,
Sed nox ſæua modum uenti, uelicq; tenorem

Docet quomodo receptoCæſare, ortaque ſtatim ſeditione, qui in Italia erant nauigare cœperunt talia iactantes.

Agmen proprie eſt exercitus incedēs ut ait Seruius

Eripuit

Eripuit nautis, excußitq; ordine puppes.
Strymona sic gelidum bruma pellente relinquunt
Poturæ te Nile grues, primoq; uolatu
Effingunt uarias, casu monstrante, figuras,
Moxq; ubi percußit tensas Notus altior alas,
Confusos temere immixtæ glomerantur in orbes,
Et turbata perit dispersis littera pennis.
Cùm primùm redeunte die uiolentior aër
Puppibus incubuit Phœbeo concitus ortu,
Prætereunt frustra tentati littora Lißi,
Nympheumq; tenent, nudas Aquilonibus undas,
Succedens Boreæ iam portum fecerat Auster.
Vndiq; collatis in robur Cæsaris armis
Summa uidens duri Magnus discrimina Martis,
Iam castris instare suis, seponere tutum
Coniugij decreuit onus, Lesboq; remota
Te procul à sæui strepitu Cornelia belli
Occulere. Heu quantum mentes dominatur in æquas
Iusta Venus, dubium trepidumq; ad prælia Magnæ
Te quoq; fecit amor: quòd nolles stare sub ictu
Fortunæ, quo mundus erat, Romanaq; fata:
Coniux sola fuit mentem iam uerba paratam
Destituunt, blandeq; iuuat uentura trahentem
Indulgere moræ, & tempus subducere fatis.
Nocte sub extrema pulso torpore quietis,
Dum fouet amplexu grauidum Cornelia curis

Similitudo.

Lissus Macedoniæ oppidum.

Attende Pompeij cõsilium.

Lesbo insula Troades.

Cõmemorat quõ Pompeius dum uocatu ab uxore amplexu

Refertur, illi fuasse uisum in Lesbon abigere, ne tanta mala uideret.

Pectus, & auersi petit oscula grata mariti,
Humentes mirata genas, percussáq; cæco
Vulnere, non audet flentem deprendere Magnum.
Ille gemens, non nunc, uita mihi dulcior, inquit,

Mœstifica oratione uxorem Cornelia Pompeo aggreditur.

Cùm tædet uitæ, læto sed tempore coniunx.
Venit mœsta dies, & quam, nimiumq;, parumq;
Distulimus, iam totus adest in prælia Cæsar:
Cedendum est bellis, quorum tibi tota latebra
Lesbos erit, desiste preces tentare, negaui
Iam mihi, nec longos à me patiere recessus.

Parœmia, cui succinit Claudianus: Magna repente ruunt, summa cadunt dum subito.

Præcipites aderunt casus, properante ruina
Summa cadunt, satis est audisse pericula Magni:
Meq; tuus decepit amor, ciuilia bella
Si spectare potes: Nam me iam Marte parato
Securos cepisse pudet cum coniuge somnos,
Eq; tuo miserum quatiunt cum classica mundum
Surrexisse sinu, uereor ciuilibus armis
Pompeium nullo tristem committere damno.
Tutior interea populis, & tutior omni
Rege late, positamq; procul fortuna mariti
Non tota te mole premat, si numina nostras
Implerint acies, maneat pars optima Magni,
Sitq; mihi, si fata premant, uictorq; cruentus,
Quò fugisse uelim. Vix tantùm infirma dolorem
Cepit, & attonito cesserunt pectore census.
Tandem ut uox mœstas potuit proferre querelas

Nil

Nil mihi de fatis thalami, superisq; relictum est
Magne queri, nostros non rumpit funus amores,
Nec diri fax summa rogi, sed sorte frequenti,
Plebeiaq; nimis careo dimissa marito.
Hostis ad aduentum rumpamus fœdera tædæ,
Placemus socerum, sic est tibi cognita Magne
Nostra fides? credis'ne aliquid mihi tutius esse,
Quàm tibi? non'ne olim casu pendemus ab uno?
Fulminibus me sæue iubes, tantæq; ruinæ
Absentem præstare caput? secura uidetur
Sors tibi, cùm facias etiam nunc uota perisse,
Vt nolim seruire malis, sed morte parata
Te sequar ad manes, feriat dum mœsta remotas
Fama procul terras, uiuam tibi nempe superstes.
Adde quòd assuescis fatis, tantumq; dolorem
Crudelis me ferre doces: ignosce fatenti,
Posse pati timeo, quòd si sunt uota, Deisq;
Audior, euentus rerum sciet ultima coniunx.
Sollicitam rupes iam te uictore tenebunt,
Et puppim quæ fata ferat tam læta timebo,
Nec soluent audita metus mihi prospera belli,
Cùm uacuis proiecta locis à Cæsare possim
Vel fugiente capi. notescent littora clari
Nominis exilio, positaq; ibi coniuge Magni
Quis Mitylenæas poterit nescire latebras?
Hoc precor extremum, si nil tibi uicta relinquent

Cornelia excommiseratione tribuis initium.

Mitylenæ urbs Lesbi insulæ.

Tutius arma fuga, cum te commiseris undis,
Quolibet infaustam potiùs deflecte carinam,
Littoribus quærêre meis. Sic fata, relictis
Exiluit stratis amens, tormentaq; nulla
Vult differre mora, non mœsti pectora Magni
Sustinet amplexu dulci, non colla tenere,
Extremusq; perit tam longi fructus amoris,
Præcipitantq; suos lactus, neuterq; recedens
Sustinuit dixisse uale, uitamq; per omnem
Nulla fuit tam mœsta dies, nam cætera damna
Durata iam mente malis, firmaq; tulerunt.
Labitur infelix, manibusq; excepta suorum
Fertur ad æquoreas, ac se prosternit, arenas,
Littoraq; ipsa tenet, tandemq; illata carinæ est.
Non sic infelix patriam, portusq; reliquit
Hesperios, sæui premerent cùm Cæsaris arma.
Fida comes Magni uadit duce sola relicto,
Pompeiumq; fugit. quæ nox sibi proxima uenit
Insomnis: uiduo tum primùm frigida lecto,
Atq; insueta quies uni, nudumq; marito
Non hærente latus, somno quàm sæpè grauata
Deceptis uacuum manibus complexa cubile est,
Atq; oblita fugæ quæsiuit nocte maritum.
Nam quamuis flamma tectas urgente medullas
Non iuuat in toto corpus iactare cubili,
Seruatur pars illa tori, caruisse timebat

Recedentium mos est ut dicant uale, qđ nec Pompeius nec Cornelia dixerunt. Iugens Corneliæ mœstitudo, mariti Pompeij absentiam æquanimiter tolerare non ualentis.

Pompeio

Pompeio: sed non superi tam læto parabant. De Pompeio.
Instabat, miseræ Magnum quæ redderet, horæ.
Libri quinti finis.

M. ANNEI LVCANI
PHARSALIAE
LIBER VI.

SVLPITII ARGVMENTVM.

Dyrrachium in sexto dum Magnus ab hoste tuetur,
Vallatur muro in campis, & peste laborat:
Esurit & Cæsar. Pugnaq; erumpit aperta
Pompeius: Scæuæ uires, & nobile fatum,
Thessaliæq; situs, mox quæ tulit illa, canuntur.
Hinc magicam Erichtho stygias ut consulat umbras
Sextus adit: ciet illa deos, cogitq; cadauer
Tristia fata loqui, moritur quod carmine rursus.

POstquam castra duces pugnæ iã mente propinqui
Imposuere iugis, admotaq; comminus arma
Parq; suum uidere Deis, capere omnia Cæsar
Mœnia Graiorum spernit, Martemq; secundum.

In hoc sexto libro ostenditur primo, q̃modo duces Cæsar & Pompeius uicina inter se habuerunt castra.

Iam

Iam nisi de genero fatis debere recusat.
Funestam mundo uotis petit omnibus horam,
In casum quæ cuncta ferat: placet alea fati
Alterutrum mersura caput, ter collibus omnes
Explicuit turmas, & signa minantia pugnam,
Testatus nunquam Latiæ se deesse ruinæ.
Vt uidet ad nullos exciri posse tumultus
In pugnam generum, sed clauso fidere uallo,
Signa mouet, tectusq; uia dumosa per arua
Dyrrachium ciuitatem petit Cæsar. Dyrrachij situs describitur. Dyrrachij præceps rapiendas tendit ad arces.
Hoc iter æquoreo præcepit limite Magnus,
Quemq; uocat collem Taulantius incola Petram,
Insedit castris, Epireaq; mœnia seruat
Defendens tutam, uel solis turribus urbem.
Non opus hanc ueterum, nec moles structa tuetur,
Humanusq; labor facilis, licet ardua tollat,
Cedere uel bellis, uel cuncta mouentibus annis:
Sed munimen habet nullo quassabile ferro,
Naturam, sedemq; loci. nam clausa profundo
Vndiq; præcipiti, scopulisq; uomentibus æquor
Exiguo debet, quòd non est insula, colli.
Terribiles ratibus sustentant mœnia cautes,
Ioniumq;, furens rapido quum tollitur Austro
Cõstituit Cæsar Põpeium munimentis undiquaq; obsidere. Templa, domosq; quatit, spumatq; in culmina põtus.
Huc auidam belli rapuit spes improba mentem
Cæsaris, ut uastis diffusum collibus hostem

Cinge-

Cingeret ignarum ducto procul aggere ualli.
Metitur terras oculis, nec cespite tantùm
Contentus fragili, subitos attollere muros
Ingentes cautes, auulsáq; saxa metallis,
Graiorumq; domos, direptáq; mœnia transfert,
Extruitur, quod non aries impellere sæuus,
Quod non ulla queat uiolenti machina belli.
Franguntur montes, planumq; per ardua Cæsar
Ducit opus, pandit fossas, turritáq; summis
Disponit castella iugis, magnoq; recursu
Amplexus fines, saltus, nemorosáq; Tesqua,
Et syluas, uastáq; feras indagine claudit.
Non desunt campi, non desunt pabula Magno,
Castráq; Cæsareo circundatus aggere mutat.
Flumina tot cursus illic exorta fatigant,
Illic mersa suos, operumq; ut summa reuisat,
Defessus Cæsar medijs intermanet agris.
Nunc uetus Iliacos attollat fabula muros,
Ascribatq; Deis: fragili circundata testa
Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.
En quantum Tigris, quantum celer ambit Orontes,
Assyrijs quantum populis telluris Eoæ
Sufficit in regnum, subitum, belliq; tumultu
Raptum clausit opus, tanti periere labores,
Tot potuere manus adiungere Sestona Abydo,
Ingestoq; solo Phryeum elidere pontum,

Tesqua sunt loca aspera & syluestria & plena dumis, ut scribit Porphyrio. Hora. In amœnaq; tesqua.

Cæsaris per fabulosam uetustatem extollitur industria.

Tigris Orontes fluuij Assyriorum.

Aut

Peloponnesus.

Aut Pelopis latis Ephyren abrumpere regnis,
Et ratibus longæ flexus donare Malææ,
Aut aliquem mundi quamuis natura negasset
In melius mutare locum. coit arca belli,
Hîc alitur sanguis terras fluxurus in omnes,
Hîc & Thessalicæ clades, Lybicæq; tenentur.
Cum dicitur arena, metaphora à theatro & gladiatoribus sumpta, qui in arena committuntur & digladiantur.
Æstuat angusta rabies ciuilis arena.
Prima quidem surgens operum structura fefellit
Pompeium, ueluti mediæ qui tutus in aruis
Siculæ rabidum nescit latrare Pelorum,
Aut uaga eum Tethys, Rutupinaq; littora feruent,
Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.
Attende quid nã Pompeius fecerit ubi se à Cæsari amis persentit undiquaq; obiessum.
Vt primùm uasto septas uidet aggere terras
Ipse quoq; à tuta deducens agmina Petra
Diuersis spargit tumulis, ut Cæsaris arma
Laxet, & effuso claudentem milite tendat:
Petra locus ignem uomẽs prope Dyrrachium.
At tantum septi uallo sibi uendicat agri,
Parua Mycenææ quantum sacrata Dianæ
Distat ab excelsa nemoralis Aritia Roma,
Quoq; modo Romæ prælapsus mœnia Tybris
In mare descendit, si nusquam torqueat amnem.
Notatur hic quod hostes necantur telis temere emissis, & q̃d Pompeius pest. & pabulorũ pe-
Classica nulla sonant, iniussaq; tela uagantur,
Et fit sæpè nefas iaculum tentante lacerto,
Maior cura ducis miscendis abstrahit armis
Pompeium exhaustæ præbenda ad pabula terræ,
Quæ currens obtriuit eques, gradibusq; citatis

Vngula

Vngula frondentem discussit cornua campum.
Belliger attonsis sonipes defessus in aruis,
Aduectos cùm plena ferant præsepia culmos,
Ore nouas poscens moribundus labitur herbas,
Et tremulo medios abrumpit poplite gyros.
Corpora tum soluit tabes, & digerit artus,
Traxit iners cœlum fluidæ contagia pestis
Obscuram in nubem, tali spiramine † Nessus
Emittit stygium nebulosis aëra saxis,
Antraq; letiferi rabiem Typhonis anhelant.
Inde labant populi, cœloq; paratior unda
Omne pati uirus durauit uiscera cœno.
Iam riget atra cutis, distentaq; lumina rumpit,
Igneaq; in uultus, & sacro feruida morbo
Pestis abit, fessumq; caput se ferre recusat.
Iam magis, atq; magis præceps agit omnia fatum,
Nec medij dirimunt morbi uitamq;, necemq;,
Sed languor cum morte uenit, turbaq; cadentum
Aucta lues, dum mixta iacent incondita uiuis
Corpora, nam miseros ultra tentoria ciues
Spargere funus erat, tamen hos minuêre labores
A tergo pelagus, pulsusq; Aquilonibus aër,
Littoraq;, & plenæ peregrina messe carinæ.
At liber terræ spaciosis collibus hostis
Aëre non pigro, nec inertibus angitur undis,
Sed patitur sæuam ueluti circundatus arcta

nuria laborabat, & quod Cæsar rei frumentariæ inopia uexabatur.

† ali. Mesis, & est insula in sinu Puteolano terrum odorem emittens.

Obsidio-

Obsidione famem, nondum surgentibus altam
In segetem culmis, cernit miserabile uulgus
In pecudum cecidisse cibos, & carpere dumos
Et morsu spoliare nemus, letumq; minantes
Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas,
Quæ mollire queunt flamma, quæ frangere morsu,
Quæq; per abrasas utero dimittere fauces,
Plurima humanis antehàc incognita mensis
Diripiens miles, saturum tamen obsidet hostem.

Recitat eruptionem ualidam Pompeij & timorē Cæsarianorū, præterq; unius Scæuæ nomine, qui solus restitit & uallo defendit.

Vt primum libuit ruptis euadere claustris
Pompeio, cunctasq; sibi permittere terras,
Non obscura petit latebrosæ tempora noctis,
Et raptum furto soceri cessantibus armis
Dedignatur iter, latis exire ruinis
Quærit, & impulso turres confringere uallo,
Perq; omneis gladios, & qua uia cæde paranda est.
Opportuna tamen ualli pars uisa propinqui,
Quam Minuci castella uocant, & confraga densis
Arboribus dumeta tegunt, huc puluere nullo
Proditus agmen agit, subitusq; ad mœnia uenit.
Tot simul è campis Latiæ fulsere uolucres,
Tot cecinere tubæ, ne quid uictoria ferro
Deberet, pauor attonitos confecerat hostes,
Quòd solum ualuit uirtus: iacuere perempti
Debuerant quo stare loco, qui uulnera ferrent
Iam deerant, nymbusq; ferens tot tela peribat,

Ad Cæsaris munimenta quibus Pompeium circunclusserat, Pompeianis irruentibus præliatur, eadēq; demū infringuntur.

Omnes qui in castro militantes erāt uulnerati sunt.

Tum

Tum piceos uoluunt immissæ lampadis ignes,
Tum quassæ natant turres, lapsumq; minantur.
Roboris impacti crebros gemit agger ad ictus.
Iam Pompeianæ celsi super ardua valli
Exierant aquilæ, iam mundi iura patebant.
Quem non mille simul turmis, nec Cæsare toto
Auferret fortuna locum, uictoribus unus
Eripuit, uetuitq; capi, secq; arma tenente
Ac nondum strato Magnum uicisse negauit.
Scæua uiro nomen, castrorum in plebe merebat
Ante feras Rhodani gentes. ibi sanguine multo
Promotus Latiam longo gerit ordine uitem.
Pronus ad omne nefas, & qui nescire in armis
Quàm magnum uirtus crimen ciuilibus esset.
Hîc ubi quærentes socios iam Marte relicto
Tuta fugæ cernit: quò uos pauor, inquit, abegit
Impius, & cunctis ignotus Cæsaris armis.
O famuli turpes, seruum pecus, absq; cruore
Terga datis morti? cumulo uos deesse uirorum
Non pudet, & bustis, interq; cadauera queris?
Non ira saltem iuuenes pietate remota
Stabitis? è cunctis per quos erumperet hostis
Nos sumus electi: non paruo sanguine Magni
Ista dies ierit: peterem felicior umbras
Cæsaris in uultu: testem hunc fortuna negauit,
Pompeio laudante cadam; confringite tela

Vnus solus scilicet Scæua hosti uictoriam eripuit & castellū sua uirtute seruauit. Scæua turmæ Cæsarianæ ducior Pōpeianis iam superata munitione in tuta euadentibus uictoriosissime renititur. Scæua cōmilitones suos fugam molientes hac oratione increpans à proposito reuocare eos studet.

Pectoris incurſu, iugulisq; retundite ferrum.
Iam longinqua petit puluis, ſonitusq; ruinæ
Securasq; fragor concußit Cæſaris aures.
Vicimus ô ſocij, ueniet qui uendicet arces
Dum morimur. mouit tantum uox illa furorem,
Quantum non primo ſuccedunt claßica cantu,
Mirantesq; uirum, atq; auidi ſpectare, ſequuntur
Scituri iuuenes, numero deprenſa, locoq;
Virtus & fortitudo Scæuę. An plus quàm mortem uirtus daret. ille ruenti
Aggere conſiſtit, primumq; cadauera plenis
Turribus euoluit, ſubeuntesq; obruit hoſtes
Corporibus, totaq; uiro dant tela ruinæ,
Roboraq;, & moles hoſti, ſeq; ipſe minatur.
Nunc ſude, nunc duro contraria pectora conto
Detrudit muris, & ualli ſumma tenentes
Amputat enſe manus, caput obterit, oſſaq; ſaxo.
Ac malè defenſum fragili compage cerebrum
Dißipat, alterius flamma crinesq;, genasq;
Succendit, ſtrident oculis ardentibus ignes.
Poſtq̃ cadauerum cumulus eſt muro æquatus in medios hoſtes ſe ſe immiſit. Vt primùm cumulo creſcente cadauera murum
Admouere ſolo, non ſegnior extulit illum
Saltus, & in medias iecit ſuper arma cateruas,
Quàm per ſumma rapit celerem uenabula pardum.
Tunc denſos inter cuneos compreſſus, & omni
Vallatus bello uincit, quem reſpicit hoſtem.
Iamq; hebes, & craſſo non aſper ſanguine mucro

Percuſſum

Percussum Scæuæ frangit, non uulnerat hostem,
Perdidit ensis opus, frangit sine uulnere membra.
Illum tota premit moles, illum omnia tela,
Nulla fuit non certa manus, non lancea felix,
Parq; nouum fortuna uidet concurrere bellum,
Atq; uirum, fortis crebris sonat ictibus umbo,
Et galeæ fragmenta cauæ compressa perurunt
Tempora, nec quicquam nudis uitalibus obstat
Iam præter stantes in summis ossibus hastas.
Quid nunc uesani iaculis, leuibusq; sagittis
Perditis hæsuros nunquam uitalibus ictus?
Hunc aut tortilibus uibrata phalarica neruis
Obruat, aut uasti moralia pondera saxi:
Hunc aries ferro, balistaq; limine portæ
Summoueat: stat non fragilis pro Cæsare murus,
Pompeiumq; tenet. iam pectore non tegit armis.
Ac ueritus credi clypeo, læuaq; uacasse,
Aut culpa uixisse sua, tot uulnera belli
Solus obit, densamq; ferens in pectore syluam
Iam gradibus fessis, in quem cadat, eligit hostem.
Par pelagi monstris, Lybicæ sic bellua terræ,
Sic Lybicus densis elephas oppressus ab armis
Omne repercussum squalenti missile tergo
Frangit, & hærentes mota cute discutit hastas.
Viscera tuta latent penitus, citraq; cruorem
Confixæ stant tela feræ, tot facta sagittis,

Apostrophe in Pompeianos quos arguit poëta q tantũ uirum Scæuã iaculis superari posse arbitrentur.

Phalarica genus teli missi le quo utũtur ex phalis, id est, ex turribus & editis locis.

Similitudo.

Tot iaculis, unam non explent uulnera mortem.
Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo
Tenditur in Scæuam, quæ uoto certior omni
In caput, atq; oculi læuum descendit in orbem.
Ille moras ferri neruorum, & uincula rumpit,
Affixam uellens oculo pendente, sagittam
Intrepidus, telumq; suo cum lumine calcat.
Comparatio. Pannonis haud aliter post ictum sæuior ursa,
Quum iaculum parua Lybis amentauit habena
Se rotat in uulnus, telumq; irata receptum
Impetit, & secum fugientem circuit hastam.
Perdiderat uultum rabies, stetit imbre cruento
Informis facies, lætus fragor æthera pulsat
Victorum, maiora uiris è sanguine paruo
Gaudia non faceret conspectum in Cæsare uulnus.
Ille regens alta suppressum mente dolorem
Scæua Pompeianis. Mitis, & à uultu penitus uirtute remota,
Parcite ait ciues, procul hinc auertite ferrum,
Collatura meæ nil sunt iam uulnera morti.
Non eget ingestis, sed uulsis pectore telis:
Tollite, & in Magni uiuentem ponite castris,
Hoc uestro præstate duci, sit Scæua relicti
Cæsaris exemplum potiùs, quàm mortis honestæ.
Aliũ quendã ex Põpeianis Scæua callide stricto gladio perimit. Credidit infelix simulatis uocibus Aulus,
Nec uidit recto gladium mucrone tenentem,
Membraq; captiui pariter laturus, & arma,

Fulmine

Fulmineum medijs excepit faucibus ensem.
Incaluit uirtus, atq; una cæde refectus
Soluat ait pœnas, Scæuam quicunq; subactum
Sperauit, pacem gladio si quærit abisto,
Magnus adorato submittat Cæsare signa.
An similem uestri, segnemq; ad fata putastis
Pompeij uobis minor est, caussæq; Senatus
Quàm mihi mortis amor. Simul hæc effatus, & altus
Cæsareas puluis testatur adesse cohortes.

Aduentus Cæsaris conuertit Pompeianos in fugam

Dedecus hic belli Magno, crimenq; remisit,
Ne solùm totæ fugerent te Scæua cateruæ,
Subducto qui Marte ruis. nam sanguine fuso
Vires pugna dabat, labentem turba suorum
Excipit, utq; humeris defectum imponere gaudet,
Ac uelut inclusum perfosso in pectore numen,
Et uiuam magnæ speciem uirtutis adorant,
Telaq; confixis certant euellere membris,
Exornantq; Deos, ac nudum pectore Martem
Armis Scæua tuis felix hoc nomine famæ,
Si tibi durus iber, aut si tibi terga dedisset
Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis.

Iberi & Cantabri populi Hispaniæ.

Non tu bellorum spolijs ornare tonantis
Templa potes, non tu lætis ululare triumphis,
Infelix, quanta dominum uirtute parasti.
Nec magis hac Magnus castrorum parte repulsus
Intra claustra piger dilato Marte quieuit,

Similitudo perelegans.

Quàm mare laſſatur, quum ſe tollentibus Eurîs
Frangentem fluctus ſcopulum ferit, aut latus alti
Montis adeſt, ſeramq; ſibi parat undaruinam.
Hinc uicina petens placido caſtella profundo
Incurſu gemini Martis rapit, armaq; latè
Spargit, & effuſo laxat tentoria campo,
Mutandæq; iuuat permiſſa licentia terræ.
Sic pleno Padus ore tumens ſuper aggere tutas
Excurrit ripas, & totos concutit agros,
Succubuit ſi qua tellus, cumulumq; furentem
Vndarum non paſſa ruit, tum flumine toto
Tranſit, & ignotos aperit ſibi gurgite campos,
Illos terra fugit dominos, his rura colonis
Accedunt donante Pado. uix prælia Cæſar
Senſerat, elatus ſpecula quæ prodidit ignis,
Inuenit impulſos preſſo iam puluere muros,
Frigidaq; ut ueteris deprendit ſignaruinæ.
Accendit pax ipſa loci, mouitq; furorem
Pompeiana quies, & uicto Cæſare ſomnus,
Ire uel in clades properat, dum gaudia turbet.
Torquato ruit inde minax, qui Cæſaris arma
Segnius aut uidit, quàm malo nauta trementè
Omnia Circeæ ſubducit uela procellæ,
Agminaq; interitus muro breuiore recepit,
Denſius ut parua diſponeret arma corona.
Tranſierat primi Cæſar munimina ualli,

Eruptionem Pompeij exundanti Pado comparat.

Padus Italiæ fluuius qui & Eridanus nominatur.

Attende Cęſaris facinus.

Cùm

Cùm super è totis emisit collibus agmen,
Effuditq; acies obseptum Magnus in hostem,
Non sic Aetneis habitans in uallibus horret
Enceladus gi
gas.
Enceladó spirante Notum, quum tota cauernas
Aetna Sicu-
lus mons.
Egerit, & torrens in campos defluit Aetna,
Narratcõsternationem militum Cæsarianorum ex aduentu Pompeianorum.
Cæsaris ut miles glomerato puluere uictus
Ante aciem, cæci trepidus sub nube timoris
Hostibus occurrit fugiens, inq; ipsa pauendo
Commiseratiua exclamatio qua Romanæ urbis deplorat amissam libertatem.
Fata ruit, totus mitti ciuilibus armis
Vsq; uel in pacem potuit cruor, ipse furentes
Dux tenuit gladios. felix, ac libera legum
Roma fores, iurisq; tui, uicisset in illo
Si tibi Sylla loco, dolet heu, semperq; dolebit,
Quòd scelerum Cæsar prodest tibi summa tuorum
Cum genero pugnasse pio. Prò tristia fata,
Non Vticæ Lybiæ clades, Hispania Mundæ
Vtica Lybiæ ciuitas.
Flesset, & infando pollutus sanguine Nilus
Nobilius Pharios gestasset rege cadauer,
Pharius rex Ptolemæus à Pharo insula Aegypti.
Nec iuba Marmaricas nudus preßisset arenas,
Iuba Numidiæ rex.
Pœnorumq; umbras placasset sanguine fuso
Scipio, nec sancto caruisset uita Catone.
Vltimus esse dies potuit tibi Roma malorum,
Exire è mediis potuit Pharsalia fatis.
Deserit aduerso possessam numine sedem
Cæsar & Emathias lacero petit agmine terras.
Cæsar à Pompeio in fugã cõuersus Thessaliã cõcessit.
Arma secuturum soceri quacunq; fugasset

Tentauere suo comites diuertere Magnum
Hortatu, patrias sedes, atq; hoste carentem
Attende Pompeianorũ consilium. Pompeius ad suos loquitur. Ausoniam peteret: Nunquam me Cæsaris inquiet
Exemplo reddam patriæ, nunquamq; uidebit
Me, nisi dimisso redeuntem milite Roma.
Hesperiam potui motu surgente tenere,
Si uellem patrijs aciem committere templis,
Ac medio pugnare foro, dum bella relegem,
Extremum Scythici transcendam frigoris orbem,
Ardentesq; plagas: uictor tibi Roma quietem
Eripiam? qui, ne premerent te præl:a, fugis
Ac potiùs ne quid bello patiaris in isto,
Te Cæsar putet esse suam. sic fatus in ortus
Phœbeos conuertit iter, terræq; secutus
Candauia mons Epiri. Ad Thessaliã peruenit Pompe. Topographia. Ossa, Pelio, Othrys, Pindus Thessaliæ montes. Deuia, quà uastos aperit Candauia saltus
Contigit Emathiam, bello quam fata parabant.
Thessaliam qua parte diem brumalibus horis
Attollit Titan, rupes Ossæa coërcet,
Quum per summa poli Phœbum trahit altior æstas,
Pelion opponit radijs nascentibus umbras.
Ad medios ignes, cœli, rabidiq; leonis
Solstitiale caput nemorosus submouet Othrys.
Excipit aduersos Zephyros & Iapiga Pindus.
Et maturato præcidit uespere lucem,
Dicitur metuo tibi & ruo te, sed hoc diuersimode. Nec metuens imi Boream habitator Olympi
Lucentem totis ignorat noctibus Arcton.

Hos

Hos inter montes media qui ualle premuntur
Perpetuis quondam latuere paludibus agri,
Flumina dum campi retinent, nec peruia Tempe
Dant aditus pelagi, ſtagnumq; implentibus unum
Creſcere curſus erat: poſtquam diſceſſit Olympo
Herculea grauis oſſa manu, ſubitæq; ruinam
Senſit aquæ Nereus, melius manſura ſub undis
Emathis: æquorei regnum Pharſalos Achillis
Eminet, & prima Rhetei littora pinu,
Quæ tetigit Phylace, Teloſq;, & Dorion ira
Flebile pieridum, Trachin, & precioq; nefandæ
Lampados Herculeis fortis Meliboea pharetris.
Atq; olim Lariſſa potens, ubi nobile quondam
Nunc ſuper Argos arant, ueteres ubi fabula Thebas
Monſtrat Echionias, ubi quondam Pentheos exul,
Colla, caputq; ferens ſupremo tradidit igni
Queſta quòd hoc ſolum nato rapuiſſet Agaue.
Ergo abrupta palus multos diſceſſit in amnes,
Purus in occaſus parui ſed gurgitis Acas
Ionio fluit inde mari, nec fortior undis
Labitur auectæ pater Iſidis, & tuus Oeneu,
Penè gener craſſis oblimat Echinadas undis,
Et Meleagream maculatus ſanguine Neſſi
Euenos Calydona ſecat, ferit amne citato
Maliacas Sperchios aquas, & flumine puro
Irrigat Amphriſos famulantis paſcua Phœbi,

Theſſalica planicies quõdam palus fuit ab Hercule exhaulta.
Tempe loca amœna Theſſaliæ.

Emathis Theſſalica regiuncula.
Pharſalos oppidum Theſſaliæ.
Rheteum promontorium Troianum.
Oppida.
Lariſſa Achillis patria.
Attende quæ de Argis ſcribat.
Echion unus fuit ex terrigenis natis ex dentibus draconis.

Oeneus rex.

Euenus fluuius Calydonem urbem irrigans.
Sperchio, Amphriſos, Pineus, Apidanus,

Enipheus, & pleraq; alia Thessaliæ flumina,

Quiq; nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aëra, nec tenues uentos suspirat Anauros,
Et quisquis pelago per se non cognitus amnis
Peneo donauit aquas, & gurgite rapto
Apidanos, nunquamq; celer, nisi mixtus Enipheus.
Accipit Asopos cursus, Penisq;, Melasq;,
Solus in alterius nomen quum uenerit undæ,
Defendit Titaresus aquas, lapsusq; supernè,
Gurgite Pinei pro siccis utitur aruis.
Hunc fama est stygijs manare paludibus amnem,
Et capitis memorem fluuij contagia uilis
Nolle pati, superumq; sibi seruare timorem.

Thessalia ex hausti aquis ferax effecta est regio. Varij populi qui ab exteris regionib. Thessaliã concesserunt incolendam. Centauri Thessaliam incoluerunt, quorum aliquot nominat,

Vt primùm emißis patuerunt amnibus arua,
Pinguis Bœbicio discessit uomere sulcus,
Mox Lelegum dextra pressum descendit aratrum.
Aeolidæ, Dolopesq; solum fregere coloni.
Et magnetes equis, Miniæ gens cognita remis.
Illic semiferos Ixioniadas Centauros
Fœta Paletronijs nubes effudit in antris.
Aspera te Pholoës frangentem Monyche saxa,
Teq; sub Aetneo torquentem in uertice uulsas
Rhœte ferox, quas uix Boreas inuerteret, ornos,
Hospes & Alcidæ magni Phole, teq; per amnem
Improbe Lernæas uector passure sagittas,
Teq; senex Chiron, gelido qui sydere fulgens
Impetis Acmonio maiorem Scorpion arcu.

Hæc

Hac tellure feri micuerunt semina Martis.
Primus ab æquorea peroußis cuspide saxis
Thessalicus sonipes bellis feralibus omen
Exiluit, primus chalybem, frenosq; momordit,
Spumauitq; nouis Lapithæ domitoris habenis.
Prima fretum scindens, Pagasæo littore pinus
Terrenum ignotas hominem proiecit in undas.
Primus Thessalicæ rector telluris Ionos
Informam calidæ percußit pondera massæ,
Fudit & argentum flammis, aurumq; moneta
Fregit, & immensis coxit fornacibus æra.
Illic (quod populos scelerata impegit in arma)
Diuitias numerare datum est. hinc maxima serpens
Descendit Python, Cyrrhæaq; fluxit in antra,
Vnde & Thessalicæ ueniunt ad Pythia laurus,
Impius hinc prolem superis immisit Aloeus,
Inseruit celsis prope se quum Pelion astris,
Syderibusq; uias incumbens abstulit Ossa.
Hac ubi damnata fatis tellure locarunt
Castra duces, cunctos belli præsaga futuri
Mens agitat, summiq; grauem discriminis horam
Aduentare palàm est, propiùs iam fata moueri
Degeneres trepidant animi, peioraq; uersant.
Ad dubios pauci præsumpto robore casus,
Spemq;, metumq; ferunt. turbæ sed mixtus inerti
Sextus erat, Magno proles indigna parente,

Primi Thessali pugnam equestrem inuenerunt.

Iason qui Thessalus fuit primus Pagasæa nauigatus est, cum ante non nisi nauicularum usus hominibus esset.

Primi Thessali effossis terræ latibulis ac mineralibus aurea & argentea numismata fabrefecerunt.

Pauci inquit animo fortiori bene sperabant robore firmitate animi.

Qui mox Scyllæis exul grassatus in undis,
Polluit æquoreos Siculus pyrata triumphos,
Qui stimulante metu fati prænoscere cursus,
Impatiensq; moræ, uenturisq; omnibus æger,
Non Tripodas Deli, non Pythia consulit antra,
Nec quæsisse libet primis quid frugibus altrix
Ore Iouis Dodona sonet, quis noscere fibra
Fata queat, quis prodat aues, quis fulgura cœli
Seruet, & Assyria scrutetur sydera cura,
Aut si quid tacitum, sed fas erat. ille supernis
Detestanda deis sæuorum arcana magorum
Nouerat, & tristes sacris feralibus aras,
Vmbrarum, Ditisq; fidem, miseroq; liquebat
Scire parum superos. uanum, sæuumq; furorem
Adiuuat ipse locus, uicinaq; mœnia castris
Aemonidum, ficti qua nulla licentia monstri
Transierat, quarum, quicquid non creditur, ars est.
Thessala quin etiam tellus, herbasq; nocentes
Rupibus ingenuit, sensuraq; saxa canentes
Arcanum ferale Magos. ibi plurima surgunt
Vim factura deis, & terris hospita Colchis
Legit in Aemonijs, quas non aduexerat, herbas.
Impia tot populis, tot surdas gentibus aures
Cœlicolûm, diræ conuertunt carmina gentis.
Vna per æthereos exit uox illa recessus,
Verbaq; ad inuitum perfert cogentia numen,

Quod

Attẽde Thessaliã herbas uenefício accõmodas proferentem. Lego aliquã do colligo. Ostẽditin qui bus excellant uenefícæ incantatrices. Explicat quã ea sit uis carminibus & uenefícæ incantamentis.

Quod non cura poli, cœliq; uolubilis unquam
Auocat, infandum tetigit quum sydera murmur.
Tunc Babylon Persea licet, secretaq; Memphis
Omne uetustorum soluat penetrale Magorum,
Abducit superos alienis Thessalis aris.
Carmine Thessalidum dura in præcordia fluxit
Non satis adductus amor, flammisq; seueri
Illicitis arsere senes, nec noxia tantum
Pocula proficiunt, aut cùm turgentia succo
Frontis amaturæ subducunt pignora fœtæ,
Mens hausti nulla sanie polluta ueneni
Excantata perit, quos non concordia mixti
Alligat illa tori, blandæq; potentia formæ,
Traxerunt torti magica uertigine fili.
Cessauere uices rerum, dilataq; longa
Hæsit nocte dies, legi non paruit æther,
Torpuit & præceps audito carmine mundus,
Axibus & rapidis impulsos Iuppiter urgens
Miratur non ire polos. nunc omnia complent
Imbribus, & calido producunt nubila Phœbo,
Et tonat ignaro cœlum Ioue, uocibus ijsdem
Humentes latè nebulas, nimbosq; solutis
Excussere comis, uentis cessantibus æquor
Intumuit, rursus uetitum sentire procellas
Conticuit turbante Noto, puppimq; ferentes
Inuentum tumuere sinus, de rupe pependit

Pili torti dicuntur inuoluti.

Nimbi uentil sunt inducentes serenitatem.

Abscissa

Abscissa fixus torrens, amnisq; cucurrit
Non quà pronus erat, Nilum non extulit æstas,
Mæander direxit aquas, Rhodanumq; morantem
Præcipitauit Arar, summisso uertice montes
Mæander fluuius sinuosus ueneficarum carmine dirigit uiam.
Explicuere iugum, nubes suspexit Olympus,
Solibus & nullis Scythicæ cùm bruma rigeret,
Dimaduere niues, impulsam sydere Tethyn
Reppulit Aemonidum defenso littore carmen.
Terra quoq; immoti concussit ponderis axem,
Et medium uergens titubauit nisus in orbem,
Tantæ molis onus percussum uoce receßit,
Animal letipores dicitur habens uim morris inferendæ.
Prospectumq; dedit circumlabentis Olympi.
Omne potens animal leti, genitumq; nocere,
Et pauet Aemonias, & mortibus instruit artes,
Has auidè Tigres, & nobilis ira leonum
Ore fouent blando, gelidos his explicat orbes,
Inq; pruinoso coluber distenditur aruo.
Viperei coëunt abrupto corpore nodi,
Exclamans poeta percunctatur, unde tanta uis magicæ artis, & quorum deorum nutu fit infita, ut hæc tanta miracula efficere possit.
Humanoq; cadit serpens afflata ueneno.
Quis labor hîc superis cantus, herbasq; sequendi,
Spernendiq; timor? cuius commercia pacti
Obstrictos habuere Deos? parêre necesse est?
An iuuat? ignota tantum pietate merentur?
An tacitis ualuere minis? hoc iuris in omnes
Est illis superos? an habent hæc carmina certum
Imperiosa Deum? qui mundum cogere, quicquid

Cogitum

Cogitur, ipse potest. illis & sydera primùm
Præcipiti deducta polo, Phœbeq; serena
Non aliter diris uerborum obsessa uenenis
Palluit, & nigris, terrenisq; ignibus arsit,
Quàm si fraterna prohiberet imagine tellus,
Inferetq; suas flammis cœlestibus umbras,
Et patitur tantos cantu depressa labores,
Donec suppositas propior despumet in herbas.
Hos scelerum ritus, hæc diræ carmina gentis
Effera damnarat nimiæ pietatis Erichtho,
Inq; nouos ritus pollutam duxerat artem.
Illi nanq; nefas urbis submittere tecto,
Aut laribus ferale caput, desertaq; busta
Incolit, & tumulos expulsis obtinet umbris
Grata deis Erebi, cœtus audire silentum,
Nosse domos stygias, arcanaq; Ditis operti
Non superi, non uita uetat, tenet ora profanæ
Fœda situ macies, cœloq; ignota sereno.
Terribilis stygio facies pallore grauatur
Impexis onerata comis. si nimbus, & atræ
Sydera subducunt nubes, tunc Thessala nudis
Egreditur bustis, nocturnaq; fulgura captat.
Semina fœcundæ segetis calcata perussit,
Et non letiferas spirando perdidit auras,
Nec superos orat, nec cantu supplice numen
Auxiliare uocat, nec fibras illa litantis

Erichtho uenefica: Thessalidū nocentissima, cuius pieraq; incantamenta commemorat.

Nouit,

Nouit, funereas aris imponere flammas
Gaudet, & accenso rapuit quæ thura sepulchro.
Omne nefas superi prima iam uoce precantis
Concedunt, carmenq; timent audire secundum,
Viuentes animas, & adhuc sua membra regentes
Insodit busto, fatis debentibus annos
Mors inuita subit, peruersa funera pompa
Rettulit à tumulis, fugêre cadaucra letum,
Fumantes iuuenum cineres, ardentiaq; ossa
E medijs rapit illa rogis, ipsamq; parentes
Quam tenuere, facem: nigroq; uolantia fumo
Feralis fragmenta tori, uestesq; fluentes
Colligit in cineres, & olentes membra fauillas.
Intimus humor dicitur anterior. At ubi seruantur saxis, quibus intimus humor
Ducitur, & tracta durescunt tabe medullæ
Corpora, tunc omneis auidè desæuit in artus,
Immersitq; manus oculis, gaudetq; gelatos
Effodisse orbes, & siccæ pallida rodit
Excrementa manus, laqueum, nodosq; nocentes
Ore suo rupit, pendentia corpora carpsit,
Abrasitq; cruces, percussaq; uiscera nimbis
Vulsit, & incoctas admisso sole medullas.
Tabũ dicitur sanguis corruptus, ut ait Seruius. Virgil. Et terram tabo maculant, Insertum manibus chalybem, nigramq; per artus
Stillantis tabi faniem, uirusq; coactum
Sustulit, & neruo morsus retinente pependit.
Et quodcunq; iacet nuda tellure cadauer,

Ante

Ante feras, uolucresq; sedet, nec carpere membra
Vult ferro, manibusq; suis, morsuq; luporum
Expectat siccis raptura è faucibus artus.
Nec cessant à cæde manus, si sanguine uiuo
Est opus, erumpat iugulo qui primus aperto,
Nec refugit cædes, uiuum si sacra cruorem
Extaq; funereæ poscunt trepidantia mensæ:
Vulnere si uentris, non quà natura uocabat
Extrahitur partus, calidus ponendus in aris.
Et quoties sæuis opus est, ac fortibus umbris,
Ipsa facit manes, hominum mors omnis in usu est.
Illa genæ florem primæuo corpore uulsit,
Illa comam læua morienti abscidit ephœbo.
Sæpè etiam charis cognoto in funere dira
Thessalis incubuit membris, atq; oscula figens,
Truncauitq; caput, compressaq; dentibus ora
Laxauit, siccoq; hærentem gutture linguam
Præmordens gelidis infudit murmura labris,
Arcanumq; nefas stygias mandauit ad umbras.
Hanc ut fama loci Pompeio prodidit, alta
Nocte poli, Titan medium quo tempore ducit
Sub nostra tellure diem: deserta per arua
Carpit iter, fidi scelerum, suetiq; ministri
Effractos circùm tumulos ac busta uagati
Conspexere procul prærupta in caute sedentem,
Quà iuga deuexus Pharsalica porrigit Aemus.

Prosequitur detestandam Erichthus in cadaueribus tractandis & dilaniandis audaciam.

Vbi ex uulgatorum ore dicit Sextus Pompeius Erichtho uenefi ijs cæteras omnes Thessalides antecere, hãc solam consulere instituit.

Illa Magis, magicisq; Deis incognita uerba
Tentabat, carmenq; nouos fingebat in usus.
Nanq; timens ne Mars alium uagus iret in orbem,
Emathis & tellus tam multa cæde careret,
Pollutos cantu, dirisq; uenefica succis
Conspersos uetuit transmittere bella Philippos,
Tot mortes habitura suas, usuraq; mundi
Sanguine, cæsorum truncare cadauera regum
Sperat, & Hesperiæ cineres auertere gentis,
Ossaq; nobilium, tantosq; acquirere manes.
Hic ardor, solusq; labor, quid corpore Magni
Proiecto rapiat, quos Cæsaris inuolet artus.

Sexti Pōpeij ad Erichtho Thessalidem oratio, ea quę petitioni inseruiunt complectens.

Quam prior affatur Pompeij ignaua propago.
O decus Aemonidum populis quæ pandere fata
Quæq; suo uentura potes diuertere cursu
Te precor, ut certum liceat mihi noscere finem
Quem belli fortuna paret, non ultima turbæ
Pars ego Romanæ, Magni clarissima proles
Vel dominus rerum, uel tanti funeris hæres.
Mens dubijs perculsa pauet, rursusq; parata est
Certos ferre metus: hoc casibus eripe iuris,
Ne subiti, cæciq; ruant, uel numina torque,
Vel tu parce Deis, & manibus exprime uerum:

Sedes Elysiæ dicuntur ubi sunt animæ beatorum.

Elysias resera sedes, ipsamq; uocatam
Quos petat è nobis mortem, tibi coge fateri.
Non humilis labor est, dignū est quod quærere curet,

Vel

Vel tibi quò tanti præponderet alea fati.
Impia uulgatæ lætatur nomine famæ
Theſſalis, & contrà: Si fata minora moueres,
Pronum erat ô iuuenis quos uelles (inquit) in actus
Inuitos præbere Deos: conceditur arti
Vnam cum radijs preſſerunt ſydera mortem
Inſeruiſſe moras, & quamuis fecerit omnis
Stella ſenem, medios herbis abrumpimus annos.
At ſimul à prima deſcendit origine mundi
Cauſſarum ſeries, atq; omnia fata laborant,
Si quicquam mutare uelis, unoq; ſub ictu
Stat genus humanum, tunc Theſſala turba fatemur
Plus fortuna poteſt: ſed ſi prænoſcere caſus
Contentus, facilisq; aditus, multiq; patebunt
Ad uerum: tellus nobis, ætherq;, chaosq;,
Aequoraq;, & campi, Rhodopeiaq; ſaxa loquentur.
Sed pronum, cùm tanta nouæ ſit copia mortis,
Emathijs unum campis attollere corpus,
Vt modò defuncti, tepidiq; cadaueris ora
Plena uoce ſonent, ne membris ſole peruſtis
Auribus incertum feralis ſtrideat umbra.
Dixerat, & noctis geminatis arte tenebris,
Mœſtum tecta caput, ſqualenti nube pererrat
Corpora cæſorum tumulis proiecta negatis:
Continuò fugêre lupi, fugêre reuulſis
Vnguibus impaſtæ uolucres, dum Theſſala uatem

Erichtho Theſſalis ad Sextũ Pompeium.

Senſus eſt, ſtâ principio mũdi ſeries & ordo cauſſarum hoc eſt, ipſa fata decreta ſunt, tũ cuires noſtræ inquit Erichtho nequeunt immutare, & cedere coguntur fatis.

Rhodope mõs eſt Thraciæ à Rhodope regina nuncupatus.

Eligit, & gelidas leto ſcrutata medullas,
Pulmonis rigidi ſtantes ſine uulnere fibras
Inuenit, & uocem defuncto in corpore quærit.
Fata peremptorum pendent iam multa uirorum,
Quem ſuperis reuocaſſe uelit, ſi tollere totas
Tentaſſet campis acies, & reddere bello,
Ceßiſſent leges Erebi, monſtroq; potenti
Extractus ſtygio populus pugnaſſet auerno.
Electum tandem traiecto gutture corpus
Ducit, & incerto laqueis feralibus unco
Per ſcopulos miſerum trahitur, per ſaxa cadauer
Victurum, montisq; cani, quem triſtis Erichtho
Damnarat ſacris alta ſub rupe locatur.
Haud procul à Ditis cæcis depreſſa cauernis
In præceps ſubſedit humus, quam pallida pronis
Vrget ſylua comis, & nullo uertice cœlum
Suſpiciens, Phœbo non peruia taxus opacat.
Marcentes intus tenebræ, pallensq; ſub antris
Longa nocte ſitus, nunquam niſi carmine factum:
Lumen habet, non Tænareis ſic faucibus aër
Sedit iners mœſtum mundi confine latentis,
Ac noſtri, quo non metuunt emittere manes
Tartarei reges nam quamuis Theſſala uates
Vim faciat fatis, dubium eſt quod traxerit illuc
Aſpiciat ſtygias, an quod deſcenderit umbras
Diſcolor, & uario furialis cultus amictu

Induitur,

Induitur, uultusq; aperitur crine remoto,
Et coma uipereis substringitur horrida sertis
Vt pauidos iuuenis comites, ipsumq; trementem
Conspicit exanimi defixum lumina uultu.
Ponite, ait, trepida conceptos mente timores,
Iam noua, iam uera reddetur uita figura,
Vt quamuis pauidi possint audire loquentem,
Si uero stygiosq; lacus, ripamq; sonantem
Ignibus ostendam, si me præsente uideri
Eumenides possent, uilloſaq; colla colubris
Cerberus excutiens, & uincti terga gigantes,
Quis timor ignaui metuentes cernere manes?
Pectora tunc primùm feruenti sanguine supplet
Vulneribus laxata nouis, taboq; medullas
Abluit, & uirtus largè lunare ministrat,
Huc quicquid fœtu genuit natura siniſtro
Miscetur, non spuma canum, quibus unda timori est,
Viscera non lyncis, non duræ nodus hienæ
Defuit, & cerui pasti serpente medulla,
Non puppim retinens Euro tendente rudentes
In medijs Echeneis aquis, oculiq; draconum
Quæq; sonant fœta tepefacta sub alite saxa.
Non Arabum uolucer serpens, innataq; rubris
Aequoribus custos precioſæ uipera conchæ,
Aut uiuentis adhuc Lybicæ membrana ceraſtæ,
Aut cinis Eoa positi Phœnicis in ara.

Cõterritos Sexti comites, nimioq; pauore exanimatos Erichtho suis uerbis in animum reuocat.

Cerberus.

Echeneis pisciculi genus naues remorantis, hinc et remoram Latini uocant, alij echinum dicunt. Ceraſtæ serpentes corniculà quædam habentes.

Quò postquam uiles, & habentes nomina pestes
Contulit, infando saturatas carmine frondes,
Et quibus os dirum nascentibus inspuit, herbas
Addidit, & quicquid mundo dedit ipsa ueneni.

Erichtho sua uoce cœpit miscere murmura & arcana magica, q̃ uox ad excantandos deos erat potentior omnibus herbis.

Tunc uox Lethæos cunctis pollentior herbis
Excantare deos, confudit murmura primùm
Dissona, & humanæ multum discordia linguæ.
Latratus habet illa canum, gemitusq̃ luporum,
Quod trepidus bubo, quod Styx nocturna querũtur,
Quod stridentululantq̃ feræ, quod sibilat anguis,
Exprimit: & planctus illisæ cantibus undæ,
Syluarumq̃ sonum, fractæq̃ tonitrua nubis,
Tot rerum uox una fuit, mox cætera cantu
Explicat Acmonio, penetratq̃ in tartara lingua:

Carmẽ Thessalidos Erichthus inferorũ numina inuocantis.

Eumenides, stygiumq̃ nefas, pœnæq̃ nocentum,
Et Chaos innumeros auidum confundere mundos,
Et rector terræ, quem longa in secula torquet
Mors dilata deũm, Styx & quos nulla meretur
Thessalis elysios, cœlum, matremq̃ perosa
Persephone, nostræq̃ Hecates pars ultima, per quam

Persephone dicitur Proserpina.

Manibus & mihi sunt tacitæ commercia linguæ,
Ianitor & sedis laxæ, qui uiscera sæuo
Spargis nostra cani, repetitaq̃ fila sorores

Charon.

Fracturæ, tuq̃ ô flagrantis portitor undæ
Iam laxate senex, ad me redeuntibus umbris
Exaudite preces, si uos satis ore nefando,

Pollutoq̃

Pollutoq; uoco, si nunquam hæc carmina fibris
Humanis ieiuna cano, si pectora plena
Sæpè dedi, & laui calido prosecta cerebro,
Si quis, qui ueſtris caput, extaq; lancibus infans
Imposuit, uicturus erat, parete precanti.
Non in tartareo latitantem poscimus antro,
Assuetamq; diu tenebris, modo luce fugata
Descendentem animam primo pallentis hiatu
Hæret adhuc Orci, licet has exaudiat herbas
Ah manes uentura semel, ducis omnia nato
Pompeiana canat nostri modo militis umbra,
Si bene de uobis ciuilia bella merentur.

Tartarus infernalis.

Orcus dicitur Pluto ab urgēdo: at ait Festus.

Hæc ubi fata, caput, spumantiaq; ora leuauit,
Aspicit astantem proiecti corporis umbram,
Exanimes artus, inuisaq; claustra timentem:
Carceris antiqui pauet ire in pectus apertum,
Visceraq;, & ruptas letali uulnere fibras.
Ah miser, extremum cui mortis munus iniquæ
Eripitur non posse mori. miratur Erichtho
Has fatis licuisse moras, iratq; morti
Verberat immotum uiuo serpente cadauer,
Perq; cauas terræ, quas egit carmine, rimas
Manibus illatrat, regniq; silentia rumpit.

Vidit Erichtho huius infelicis cadaueris animā saxis inhęrentem, et corpus suum formidantem subingredi.

Tisiphone, uociq; meæ, secura Megæra,
Non agitis sæuis Erebi per inane flagellis
Infelicem animam? iam uos ego nomine uero

Eliciam, stygiasq; canes in luce superna
Destituam, per busta sequar, per funera custos
Expellam tumulis, abigam uos omnibus urnis,
Teq; Deis, ad quos alio procedere uultu
Ficta soles Hecate pallenti tabida forma,
Ostendam faciemq; Erebi mutare uetabo.
Eloquar immenso terræ sub pondere, quæ te
Contineant Ennea dapes, quo fœdere mœstum
Regem noctis ames, quæ te contagia passam
Noluerit reuocare Ceres, tibi pessime mundi
Arbiter immittam ruptis Titana cauernis,
Et subitò feriere die. Paretis? an ille
Compellandus erit, quò nunquam terra uocato
Non excussa tremit, qui Gorgona cernit apertam,
Verberibusq; suis trepidam castigat Erinnym.
Inde specta tenet uobis, qui tartara cuius
Vos estis superi, stygias qui peierat undas.
Protinus astrictus caluit cruor, atraq; fouit
Vulnera, & in uenas extremaq; membra cucurrit.
Percussæ gelido trepidant sub pectore fibræ,
Et noua desuetis subrepens uita medullis
Miscetur morti: tunc omnis palpitat artus,
Tenduntur nerui, nec se tellure cadauer
Paulatim per membra leuat, terraq; repulsum est,
Erectumq; semel, distento lumina rictu
Nudantur, nondum facies uiuentis in illo

Erichtho Proserpinæ conuiciatur.

Plutoni conuiciatur.

Postq; his uerbis inmanes Erichtho excanduit, anima quampriùm cadauer suum ingressa est, & futura prædixit.

Sed

Sed morientis erat, remanet pallorq; rigorq;
Et stupet illatus mundo, sed murmure nullo
Ora astricta sonant, uox illi, linguaq; tantùm
Responsuraq; datur. dic (inquit Thessala) magna
Quod iubeo, mercede mihi, nam uera locutum
Immunem toto mundi præstabimus æuo
Artibus Aemonijs, tali tua membra sepulchro,
Talibus exuram stygio cum carmine syluis,
Vt nullos cantata magos exaudiat umbra.
Sit tanti uixisse iterum, nec uerba, nec herbæ
Audebunt longæ somnum tibi soluere Lethes,
A me morte data, Tripodas, uatesq; deorum
Sors obscura tenet, certus discedat ab umbris
Quisquis uera petit, duræq; oracula mortis
Fortis adit, ne parce precor, da nomina rebus,
Da loca, da uocem, qua mecum fata loquantur.
Addidit & carmen, quo, quicquid consulit umbrã
Scire dedit Mœstum fletu manante cadauer,
Tristia non equidem Parcarum stamina dixit:
Respexi, tacitæ reuocatus ab aggere ripæ,
Quod tamen è cunctis mihi noscere contigit umbris,
Effera Romanos agitat discordia manes,
Impiaq; infernam ruperunt arma quietem,
Elysias alij sedes, ac tartara mœsta
Diuersi liquere duces, quid fata pararent,
Hi fecere palàm, tristis felicibus umbris

Mercedem animato corpori, si quæ uera sint ex eo dídicerit, Erichtho pollicetur.

Cadaueris responsa, attendat uerum tamen lector Lucanum more poetico q̃cunq; de Erichtho dixerit fnieruisse, fabulosaquip pe sunt.

Decij. Camillus.

Vultus erat, uidi Decios, natumq; patremq;
Lustrales bellis animas, flentemq; Camillum,
Et Curios, Syllam de te fortuna querentem.
Deplorat Lybicis perituram Scipio terris
Infaustam sobolem, maior Carthaginis hostis,
Non seruituri mœret Cato fata Nepotis.
Solum te Consul depulsis prime tyrannis

Brutus. Catilina. Marius. Cethegus. Drusus. Gracchi.

Brute pias inter gaudentem uidimus umbras,
Abruptis Catilina minax, fractisq; catenis
Exultat, Marijq; truces, nudiq; Cethegi.
Vidi ego lætantes popularia nomina Drusos,
Legibus immodicos, ausosq; ingentia Gracchos.
Aeternis Chalybum nodis, & carcere Ditis
Constricta plausere manus, composq; piorum
Poscit turba nocens, regni possessor inertis
Pallentes aperit sedes, abruptaq; saxa
Asperat, & durum uinclis adamanta, paratq;
Pœnam uictori: refer hæc solatia tecum
O iuuenis, placido manes, patremq;, domumq;,
Expectare sinu, regniq; in parte serena
Pompeio seruare locum, nec gloria paruæ
Sollicitet uitæ, ueniet quæ misceat omneis
Hora duces: properate mori, magnosq; superbi
Quamuis è paruis animo descendite bustis,
Et Romanorum manes calcate deorum,
Quem tumulum Nili, quem Tybridis abluat unda

Quæ

Quæritur,& ducibus tantùm de funere pugna est.
Tu fatum ne quære tuum cognoscere,Parcæ
Me reticente dabunt,tibi certior omnia uates
Ipse canet Siculis genitor Pompeius in aruis.
Ille quoq; incertus,quò te uocet,unde repellat,
Quas iubeat uitare plagas,quæ sydera mundi.
Europam miseri,Lybiamq;,& Asiamq; timete,
Distribuit tumulos uestris fortuna triumphis.
O miseranda domus,toto nil orbe uidebis
Tutius Emathia.sic postquam fata peregit,
Stat uultu mœstus tacito,mortemq; reposcit.
Carminibus magicis opus est,herbisq;,cadauer
Vt cadat,& nequeunt animam sibi reddere fata
Consumpto iam iure semel.tum robore multo
Extruit illa rogum,uadit defunctus ad ignes.
Accensa iuuenem positum strue linquit Erichtho
Tandem passa mori,Sextoq; ad castra parentis
It comes,& cœlo lucis ducente colorem,
Dum ferrent tutos intra tentoria gressus,
Iussa tenere diem densas nox præstitit umbras.

Libri sexti finis.

M. ANNEI LVCANI
PHARSALIAE
LIBER VII.

SVLPITII ARGVMENTVM.

Septimus ut Magni narrauit somnia, plorat
Fata ducis: mox turba omnis sibi prælia poscit.
Censet idem cupidus facundo Tullius ore.
Dux dat id inuitus, scribit tum dira poëta
Prodigia, instructas acies, factura ducumq;
Verba suis animos, & prælia gesta, fugamq;.
Inuehitur post hæc in te, sæuissime Cæsar,
Damnans Pharsali completos sanguine campos.

Segniore motu terris solẽ, cum miseranda prælij dies instaret, alluxisse ait.

Egnior Oceano quàm lex æterna uocabat,
Luctificus Titan nunquam magis æthera contra
Egit equos, currumq; polo repiente retorsit,
Defectusq; pati uoluit, raptæq; labores
Lucis, & attraxit nubes non pabula flammis,
Sed ne Thessalico purus luceret in orbe.
At nox felicis Magni pars ultima uitæ

Sollici-

Sollicitos uana decepit imagine somnos.
Nam Pompeiani uisus sibi sede theatri
Innumeram effigiem Romanæ cernere plebis,
Attollitq; suum lætis ad sydera nomen
Vocibus, & plausu cuneos certare sonantes.
Qualis erat populi facies, clamorq; fauentis,
Olim quum iuuenis primiq; ætate triumphi
Post domitas gentes, quas torrens ambit Iberus,
Et quæcunq; fugax Sertorius impulit arma,
Vespere pacato, puta uenerabilis æquè
Quàm currus ornante toga, plaudente Senatu,
Sedit adhuc Romanus eques. seu fine bonorum
Anxia uenturis ad tempora læta refugit,
Siue per ambages solitas contraria uisis
Vaticinata quies. Magni tulit omnia planctus,
Seu uetito patrias ultrà tibi cernere sedes
Sic Romam fortuna dedit. Ne rumpite somnos
Castrorum uigiles, nullas tuba uerberet aures,
Crastina dira quies, & imagine mœsta diurna
Vndiq; funestas acies feret, undiq; bellum.
Vnde pares somnos populi, noctemq; beatam?
O felix, si te uel sic tua Roma uideret.
Donassent utinam superi, patriæq; tibiq;
Vnum Magne diem, quo fati certus uterq;
Extremum tanti fructum caperetis amoris:
Tu uelut Ausonia uadis moriturus in urbe,

Pompeij somnium, qui atsus est per quietem in theatro sedere, qđ sumptuosocultue extrui iusserat, & gratulabundo plausu à Ro.po. in urbe recipi. Apta similitudine ostendit qualē applausum uisus est sibi habuisse Pompeius. Poëta somnij perscrutatur originem.

Apostrophe per commiseratione utitur.

Exclamatio.

Illa rati semper de te sibi conscia uoti
Hoc scelus haud unquam fatis hærere putauit
Sic se dilecti tumulum quoq; perdere Magni.
Te mixto flesset luctu, iuuenisq;, senexq;,
Iniussusq; puer, lacerasset crine soluto
Pectora fœmineum ceu Bruti funere uulgus.
Nunc quoq; tela licet paueant uictoris iniqui.
Nunciet ipse licet Cæsar tua funera, flebunt.
Sed dum thura ferunt, dum laurea certa tonanti,
O miseri, quorum gemitus êdere dolorem:
Qui te non pleno pariter planxere theatro.

Thus diis sacrificatur, â thyo quod est sacrifico dicitur, ut ait Seruius.

Vicerat astra iubar, quum mixto murmure turbæ
Exorto lucifero turba Pompeiũ adit belli signum petitura,
Castrorum fremuit, fatisq; trahentibus orbem
Signa petit pugnæ, miseri pars maxima uulgi
Non totum uisura diem, tentoria circum
Ipsa ducis queritur, magnoq; accensa tumultu
Mortis uicinæ properantes admouet horas.
Dira subit rabies. sua quisq;, ac publica fata
Præcipitare cupit, segnis. pauidusq; uocatur,
Ac nimium patiens soceri Pompeius, & orbis
Indulgens regno, qui tot simul undiq; gentes
Iuris habere sui uellet, pacemq; timeret.
Nec non & reges, populiq; queruntur Eoi
Bella trahi, patriaq; procul tellure teneri.
Hoc placet ô superi, quum uobis uertere cuncta
Propositum, nostris erroribus addere crimen.

Cladibus irruimus, nociturāq; poscimus arma,
In Pompeianis uotum est Pharsalia castris,
Cunctorum uoces Romani maximus author
Tullius eloquij, cuius sub iure, togāq;
Pacificeas sæuus tremuit Catilina secures,
Pertulit, iratus bellis, cum rostra forumq;
Optaret, passus tam longa silentia miles.
Addidit inualidæ robur facundia causſæ
Hoc pro tot meritis solum te Magne precatur
Vti se fortuna uelis, procereſq; tuorum
Castrorum, regesq; tui cum supplice mundo
Affusi, uinci socerum patiare rogamus.
Humano generi tam longo tempore bellum
Cæsar erit? merito Pompeium uincere lentè
Gentibus indignum est à trascurrente subactis,
Quò tibi feruor abit? aut quò fiducia fati?
De superis ingrate times? causſamq; Senatus
Credere Dijs dubitas? ipsæ tua signa reuellent,
Prosilentq; acies: pudeat uicisſe coactum.
Si duce te iussō, si nobis bella geruntur,
Sit iuris quocunq; uelint concurrere campo.
Quid mundi gladios à sanguine Cæsaris arces?
Vibrant tela manus, uix signa morantia quisquam
Expectat, propera, ne te tua claſsica linquant.
Scire Senatus auet, miles te Magne sequatur,
An comes. Ingemuit rector, senſitq; Deorum

Ciceronis ad Pōpeium oratio, in qua suadēs prælium uictoriā pollicetur, ut plerag; alia.

Argumentum est à maiori ad minus.

Esse

Audito Ciceronе mœstificatur Pomp. Pompeij oratio in qua milites imprudentiæ accusat.

Esse dolos & fata suæ contraria menti.
Si placet hoc inquit cunctis, si milite Magno
Non duce tempus eget, nil ultrà fata morabor.
Inuoluat populos una fortuna ruina,
Sitq; hominum magnæ lux ista nouissima parti.
Testor Roma tamen Magnum, quò cuncta perirem
Accepisse diem: potuit tibi uulnere nullo
Stare labor belli, potui sine cæde subactum,
Captiuumq; ducem uiolatæ tradere paci.
Quis furor ô cæci scelerum? ciuilia bella
Gesturi, metuunt ne non cum sanguine uincant.
Abstulimus terras, excluſimus æquore toto,
Ad præmaturas segetum ieiuna rapinas
Agmina compulimus, uotumq; effecimus hosti,
Vt mallet sterni gladijs, mortesq; suorum
Permiscere meis: belli pars magna peracta est
Iis, quibus effectum est, ne pugnam Tyro paueret.
Si modò uirtutis stimulis, iræq; calore
Signa petunt, multos in summa pericula misit
Venturi timor ipse mali fortissimus ille est,
Qui promptus metuenda pati, si cominus instent,
Et differre potest. placet hæc tam prospera rerum
Tradere fortunæ? gladio permittere mundi
Discrimen? pugnare ducem, quàm uincere malunt.
Res mihi Romanas dederas fortuna regendas,
Accipe maiores, & cæco in Marte tuere.

Sententia.

Confirmatio. Stimulus uirtutis multum facit ad uictoriam.

Apostrophe in fortunam.

Pompeij

Pompeij nec crimen erit, nec gloria bellum.
Vincis apud superos uotis me Cæsar iniquis.
Pugnatur, quantum scelerum, quantumq; malorum
In populos lux ista feret, quot regna iacebunt
Sanguine Romano, quàm turbidus ibit Enipheus.
Prima uelim caput hoc funesti lancea belli,
Si sine momento rerum, partisq; ruina
Casurum est, feriat: neq; enim uictoria Magno
Lætior, aut populis inuisum hac clade peracta,
Aut hodie Pompeius erit miserabile nomen:
Omne malum uicti, quod sors feret ultima rerum,
Omne nefas uictoris erit. sic fatur, & arma
Permittit populis, frenosq; furentibus ira
Laxat, & ut uictus uiolento nauita Coro
Dat regimen uentis, ignauumq; arte relicta
Puppis onus trahitur, trepido confusa tumultu
Castra fremunt, animiq; truces sua pectora pulsant
Ictibus incertis, multorum pallor in ore
Mortis uenturæ est, faciesq; simillima fato.
Adueniſſe diem, qui fatum rebus in æuum
Conderet humanis, & quæri Roma quid esſet,
Illo Marte palàm est, sua quisq; pericula neſcit
Attonitus maiore metu. quis littora ponto
Obruta, quis summis cernens in montibus æquor
Aetheraq; in terras deiecto sole cadentem,
Tot rerum finem, timeat sibi? non uacat ullos

Enipheus flu uius Theſſa liæ, authore Plinio.

Pugna poſtē tibus conce ditur.

Militū pauor.

Pro se ferre metus, urbi, Magnoq; timetur.
Pompeianorum pedicum apparatus.
Nec gladijs habuere fidem, nisi cautibus asper
Exarsit mucro, tunc omnis lancea saxo
Erigitur, tendunt neruis melioribus arcus,
Cura fuit lectis pharetras implere sagittis:
Equites arma disponũt.
Auget eques stimulos, frenorumq; aptat habenas.
Si liceat superis hominum conferre labores,
Non aliter Phlegra rapidos tollente gigantes
Martius incaluit Siculis incudibus ensis,
Et rubuit flammis iterum Neptunia cuspis,
Spiculaq; extenso Pæan Pythone recoxit,
Pallas Gorgoneos diffudit in Aegida crines,
Pallenæa Ioui mutauit fulmina Cyclops.
Prodigia cladis prænuncia.
Non tamen abstinuit uenturos prodere casus
Per uarias fortuna Notas, nam Thessala rura
Cùm peterent, totus uenientibus obstitit æther,
Inq; oculis hominum fregerunt fulmina nubes,
Aduersasq; faces, immensoq; igne columnas,
Et trabibus mixtos auidos Pythonas aquarum
Detulit, atq; oculos ingesto fulgure clausit
Excußit cristas galeis, capulosq; solutis
Perfudit gladijs, ereptaq; pila liquauit,
Aethereoq; nocens fumauit sulphure ferrum.
Nec non innumero cooperta examine signa
Vixq; reuulsa solo, maiori pondere pressum
Signiferi mersere caput, rorantia fletu

Vsq; ad Theſſaliam Romana, & publica ſigna
Admotus ſuperis diſcuſſa fugit ab ara
Taurus, & Emathios præceps ſe iecit in agros,
Nullaq; funeſtis inuenta eſt uictima ſacris.
At tu quos ſcelerum ſuperos quas ritè uocaſti
Eumenidas Cæſar? Stygij quæ numina regni
Infernumq; nefas? & merſos nocte furores?
Impia tam ſæue geſturus bella litaſtis?
Iam dubium monſtris ne Deûm, nimio ue pauori
Crediderint, multis concurrere uiſus Olympo
Pindus, & abruptis mergi conuallibus Aemus,
Edere nocturnas belli Pharſalia uoces,
Ire per Oſſæam rapidus Bœbeida ſanguis,
Inq; uicem uultus tenebris miratur opertos,
Et pallere diem, galeisq; incumbere noctem,
Defunctosq; patres, & cunctas ſanguinis umbras
Ante oculos uolitare ſuos: ſed mentibus unum
Hoc ſolamen erat, quòd uoti turba nefandi
Conſcia, quæ patrum iugulos, quæ pectora fratrum
Sperabat, gaudet monſtris mentiſq; tumultu,
Atq; omen ſcelerum ſubitos putat eſſe furores.
Quid mirùm populos, quos lux extrema manebat,
Lymphato trepidaſſe metu, præſaga malorum
Si data mens homini eſt, Tyrijs qui Gadibus hoſpes
Adiacet, Arminiumq; bibit Romanus Araxem,
Sub quocunq; die, quocunq; eſt ſydere mundi

Peramara inuectionem interrogat Cæſarem quos deos inuocauit.

Ad prodigia iudicanda res uertitur.

Bœbeis lacus eſt Theſſaliæ.

Lymphatus metus dicitur furioſus & ir remediabilis, à lymphis id eſt, aquis, quam metus letalis eſt.

Mœret, & ignorat cauſſas, animumq; dolentem
Corripit, Emathijs quid perdat neſcit in aruis.
Euganeo, ſi uera fides memorantibus, augur
Colle ſedens, Aponus terris ubi fumifer exit,
Atq; Antenorei diſpergitur unda Timaui,
Venit ſumma dies, geritur res maxima dixit:
Impia concurrunt Pompeij & Cæſaris arma,
Seu tonitrus, ac tela Iouis præſaga notauit,
Aëra ſeu totum diſcordi obſiſtere cœlo,
Proſpexitq; polos ſeu lumen in æthere mœſtum
Solis in obſcuro pugnam pallore notauit.
Diſſimilem certè cunctis quos explicat egit
Theſſalicum natura diem, ſi cuncta perito
Augure mens hominum cœli noua ſigna notaſſet,
Spectari è toto potuit Pharſalia mundo.
O ſummos hominum, quorum fortuna per orbem
Signa dedit, quorum fatis cœlum omne uacauit:
Hæc & apud ſeras gentes, populosq; nepotum,
Siue ſua tantùm uenient in ſæcula fama,
Siue aliquid magnis noſtri quoq; cura laboris
Nominibus prodeſſe poteſt quum bella legentur,
Spesq; metusq; ſimul perituraq; uota mouebunt,
Attonitiq; omnes ueluti uenientia fata
Non tranſmiſſa legent, & adhuc tibi Magne fauebũt.
Miles ut aduerſo Phœbi radiantis ab ictu
Deſcendens totos perfudit lumine colles,

Euganeus mõs Venetus Prope Paraurum fons eſt & balnea quę Apoui dicuntur.

Timanus fluuius Venetus

Per apoſtrophen in Romanos admirationis plena laudatio.

Attende quo ordine aciem Pompetus ſtruxerit.

Non temerè immissus campis, stetit ordine certo
Infelix acies: cornus tibi cura sinistri
Lentule, cum prima, quæ tum fuit optima bello,
Et quarta legione datur: tibi numine pugnax
Aduerso Domiti dextri frons tradita Martis.
At medij robur belli fortissima densant
Agmina, quæ Cilicum terris deducta tenebat
Scipio, miles in hoc, Lybico dux primus in orbe.
At iuxta fluuios, & stagna undantis Eniphei,
Cappadocum montana cohors, & largus habenis
Ponticus ibat eques: sicci sed plurima campi
Tetrarchæ, regesq; tenent, magniq; tyranni,
Atq; omnis Latio quæ seruit purpura ferro.
Illuc & Lybiæ Numidas, & Creta Cydonas
Misit, Itbyreis cursus fuit inde sagittis,
Inde truces Galli solitum prodistis in hostem.
Illic pugnaces commouit Iberia Cetras.
Eripe uictori gentes, & sanguine mundi
Fuso, Magne semel totos consume triumphos.
Illo fortè die Cæsar statione relicta
Ad segetum raptus moturus signa, repentè
Conspicit in planos hostem descendere campos,
Oblatumq; uidet uotis sibi mille petitum
Tempus, in extremos quò mitteret omnia casus.
Aeger quippe moræ, flagransq; cupidine regni
Cœperat exiguo tractu ciuilia bella,

Cornus antiquus est genitiuus: ptisica hic cornus, cornus, cornui inflectebant.

Ordo exercitus equitū.

Pompeium cohortatur.

Vt lentum damnare nefas: diſcrimina poſtquam
Aduentare ducum, ſupremaq; prælia uidit,
Caſuram fatis ſenſit nutare ruinam.
Illa quoq; in ferrum rabies promptiſſima, paulùm
Languit, & caſus audax ſpondere ſecundos
Mens ſtetit in dubio, quam nec ſua fata timere,
Nec Magni ſperare ſinunt, formi dine merſa
Proſilit hortando melior fiducia uulgò.

Vehemẽs Cæſaris ad milites oratio, qua ipſos ad pugnam cohortatur.

O domitor mundi rerum fortuna mearum
Miles, adeſt toties optatæ copia pugnæ.
Nil opus eſt uotis, iam fatum accerſite ferro.
In manibus ueſtris, quantus ſit Cæſar, habetis.
Hæc eſt illa dies, mihi quam Rubiconis ad undas
Promiſſam memini, cuius ſpe mouimus arma,
In quam diſtulimus uetitos remeare triumphos.
Hæc eadem eſt hodie, quæ pignora, quæq; penates
Reddat, & emeritos faciat uos Marte colonos.
Hæc fato quæ teſte probet, quis iuſtiùs arma
Sumpſerit, hæc acies uictum factura nocentem eſt.
Si pro me patriam ferro, flammisq; petiſtis,
Nunc pugnate truces, gladiosq; exoluite culpa.
Nulla manus belli mutato iudice pura eſt.

Beneuolentiã ex utili capeat, cum non ad ſuam ſed ad militũ utilitatem bella gerri dicat.

Non mihi res agitur, ſed uos ut libera ſitis
Turba precor, gentes ut ius habeatis in omnes,
Ipſe ego priuatæ cupidus me reddere uitæ,
Plebeiaq; toga modicum componere ciuem,

Omnia

Omnia dum uobis liceant, nihil esse recuso.
Inuidia regnate mea, nec sanguine multo
Spem mundi petitis. Graijs delecta iuuentus
Gymnasijs aderit, studioq; ignaua palæstræ,
Et uix arma ferens, & mixtæ dissona turbæ
Barbaries, non illa tubas, non agmine moto
Clamorem latura suum, ciuilia paucæ
Bella manus facient. pugnæ pars magna leuabit
His orbem populis, Romanus obteret hostem.
Ite per ignauas gentes, famosaq; regna,
Et primo ferri motu prosternite mundum,
Sitq; palam, quas tot duxit Pompeius in urbem
Curribus, unius gentes non esse triumphi.
Armenios ne mouet, Romana potentia cuius
Sit ducis? aut emptum nimio uult sanguine quisquam
Barbarus Hesperijs Magnum præponere rebus?
Romanos odere omnes, dominosq; grauantur,
Quos nouere magis. sed me fortuna meorum
Commisit manibus, quorum me Gallia testem
Tot fecit bellis, cuius non militis ensem
Agnoscam? cœlumq; tremens cùm lancea transit
Dicere non fallar, quò sit uibrata lacerto.
Quòd si signa ducem nunquam fallentia uestrum
Conspicio, facies q; truces, oculosq; minaces,
Viciſtis, uideor fluuios spectare cruoris:
Calcatosq; simul reges, sparsumq; Senatus

Corpus, & immensa populos in cæde natantes.
Sed mea fata moror, qui uos in tela ruentes
Vocibus his teneo, ueniam date bella trahenti:
Spe trepido, haud unquam uidi tam magna daturos
Tam prope me superos, camporum limite paruo
Absumus à uotis, ego sum, cui Marte peracto
Quæ populi regesq; tenent, donare licebit,
Quo'ne poli motu, quò cœli sydere uerso
Thessalicæ tantum superi permittitis oræ?
Aut merces hodie bellorum, aut pœna paratur.
Cæsareas spectate cruces, spectate catenas,
Et caput hoc positum rostris, effusaq; membra,
Septorumq; nefas, & clausi prælia campi.
Cum duce Syllano gerimus ciuilia bella.
Pompeium in odium adduxit, quem inquit Syllę crudelitatem imitari.
Vestri cura mouet, nam me secura manebit
Sors quæsita manu, fodientem uiscera cernet
Me mea, qui nondum uictum respexerit hostem.
Dij quorum curas abduxit ab æthere tellus,
Romanusq; labor, uincat: quicunq; necesse
Non putat in uictos sæuum distringere ferrum,
Quiq; suos ciues, quòd signa aduersa tulerunt
Non credit fecisse nefas. Pompeius in arcto
Agmina uestra loco uetita uirtute moueri
Quum tenuit, quanto satiauit sanguine ferrum?
Vos tamen hoc oro iuuenes, ne cædere quisquam
Hostis terga uelit, ciuis qui fugerit, esto:

Sed

Sed dum tela micant, non uos pietatis imago
Vlla, nec aduersa conspecti fronte parentes
Commoueant: nultus gladio turbante uerendos.
Siue quis infesto cognata in pectora ferro
Ibit, seu nullum uiolabit uulnere pignus,
Ignoti iugulum tanquam scelus impetat hostis.
Sternite iam uallum, fossasq; implete ruina,
Exeat ut plenis acies non sparsa maniplis,
Parcite ne castris, uallo tendentis in illo
Vnde acies peritura uenit. uix cuncta locuto
Cæsare, quenq; suum munus trahit, armaq; raptim
Sumpta uiris, celeris capiunt præsagia belli,
Calcatisq; ruunt castris, stant ordine nullo,
Arte ducis nulla, permittunt omnia fatis.
Si totidem Magni soceros, totidemq; petentes
Vrbis regna suæ funesto in Marte locasset,
Non tam præcipiti ruerent in prælia cursu.
Vidit ut hostiles in rectum exire cateruas
Pompeius, nullasq; moras permittere bello,
Sed superis placuisse diem, stat corde gelato
Attonitus, tantoq; duci sic arma timere
Omen erat, premit inde metus, totumq; per agmen
Sublimi prouectus equo: quem flagitat, inquit
Vestra diem uirtus, finis ciuilibus armis,
Quem quæsistis, adest, totas effundite uires,
Extremum ferri superest opus, unaq; gentes

Pignus propinquus dicitur affinis aut charus. i

Attẽde qui'nã fecerit Põpeius ubi hostes in se prorumpere sensit.

Omen dicitur quasi orimen id est, ore manans, uel quasi osmen, ut ait Varro, ore enim monstratur.

Pompeij stupentis ad suos cohortatiua oratio.

Hora trahit, quisquis patriam, charosq; penates,
Qui sobolem, ac thalamos, desertaq; pignora quærit,
Ense petat, medio posuit Deus omnia campo.
Caussa iubet melior superos sperare secundos,
Ipsi tela regent per uiscera Cæsaris, ipsi

Leges sanctæ dicuntur à sanciendo, uel à sanguinibus.

Romanas sancire uolent hoc sanguine leges.
Si socero dare regna meo, mundumq; pararent,
Præcipitare meam fatis potuere senectam,
Non iratorum populis, urbiq; Deorum est
Pompeium seruare ducem. quæ uincere possent
Omnia contulimus, subiere pericula clari
Sponte uiri, sacraq; antiquus imagine miles.
Si Curios his fata darent, reducesq; Camillos
Temporibus, Deciosq; caput fatale uouentes,
Hinc starent, primo gentes Oriente coactæ,
Innumeraq; urbes, quantas in prælia nunquam
Exciuere manus, toto simul utimur orbe.
Quicquid signiferi comprensum limite cycli

Sub Noton & Boream, id est, meridiem & septentrionem.

Sub Noton, & Boream hoim sumus, arma mouemus.
Non ne superfusis collectum cornibus hostem
In medium dabimus? paucas uictoria dextras
Exigit, at plures tantum clamore cateruæ
Bella gerent, Cæsar nostris non sufficit armis.

A pietate & miseratione animos mouet Pōpeius.

Credite pendentes è summis mœnibus urbis,
Crinibus effusis hortari in prælia matres.
Credite grandæuum, uctitumq; ætate Senatum

Arma sequi, sacros pedibus prosternere canos,
Atq; ipsam domini metuentem occurrere Romam.
Credite qui nunc est, populum, populumq; futurum
Permixtas afferre preces: hæc libera nasci,
Hæc uult turba mori. si quis post pignora tanta
Pompeio locus est, cum prole, & coniuge supplex,
Imperij salua si maiestate liceret,
Voluerer ante pedes, Magnus, nisi uincitis, exul
Ludibrium soceri, uester pudor, ultima fata
Deprecor, ac turpes extremi cardinis annos
Ne discam seruire senex. tam mœsta locuti
Voce ducis flagrant animi, Romanaq; uirtus
Erigitur, placuitq; mori, si uera timeret.
Pompeij cohortatione in pugnam concitantur.
Ergo utrinq; pari concurrunt agmina motu,
Irarum metus hos, regni spes excitat illos.
Hæ facient dextræ quicquid non expleat ætas
Vlla, nec humanum reparet genus omnibus annis,
Vt uacet à ferro, gentes Mars iste futuras
Obruet, & populos æui uenientis in orbem
Erecto natale feret, tunc omne Latinum
Fabula nomen erit, Gabios, Veiosq;, coramq;
Puluere uix tectæ poterunt monstrare ruinæ,
Albanosq; lares, Laurentinosq; penates,
Rus uacuum, quod non habitet nisi nocte coacta
Inuitus, questusq; Numam iussisse Senator,
Non ætas hæc carpsit edax, monimentaq; rerum
Gabij uetusti Italiæ oppidi Veij Etruriæ Laurentū oppidū in Latio.

Putria,

Putria, destituit crimen ciuile, uidemus
Tot uacuas urbes, generis quò turba redacta est
Humani? toto populi qui nascimur orbe
Nec muros implere uiris, nec possumus agros,
Vrbs non una capit, uincto fossore coluntur
Hesperiæ segetes, stat tectis putris auitis
In nullos ruitura domus, nulloq; frequentem
Ciue suo Romam, sed mundi fece repletam,
Cladis eò dedimus, ne tanto in tempore bellum
Iam posset ciuile geri, Pharsalia tanti
Caussa mali, cedent feralia nomina Cannæ,
Et damnata diu Romanis Allia fastis
Tempora signauit leuiorum Roma malorum,
Hunc uoluit nescire diem, prò tristia fata
Aëra pestiferum tractu, morbosq; fluentes,
Insanamq; famem, permissasq; ignibus urbes.
Mœniaq; in præceps laturos plena tremores.
Hi possent explere uiri, quos undiq; traxit
In miseram fortuna necem, dum munera longi
Explicat eripiens æui, populosq;, ducesq;
Constituit campis, per quos tibi Roma ruenti
Ostendat quàm magna cadas, quæ latiùs orbem
Possedit, citiùs per prospera fata cucurrit.
Omne tibi bellum gentes dedit omnibus annis,
Te geminum Titan procedere uidit in axem.
Haud multum terræ spacium restabat Eoæ,

Attẽ de Romani status imperiq; deploratione. Cannæ uicus Appuliæ apud quẽ cæsa sunt ab Annibale quadraginta millia Romanorum.

Vt tibi nox, tibi nota dies, tibi curreret æther,
Omniaq; errantes stellæ Romana uiderent.
Sed retrò tua fata tulit par omnibus annis
Emathiæ funesta dies, hac luce cruenta
Effectum, ut Latios non horreat India fasces,
Nec uetitos errare Dacas in mœnia ducat,
Sarmaticumq; premat succinctus Consul aratrum,
Quòd semper sæuas debet tibi Parthia pœnas,
Quòd fugiens ciuile nefas, redituraq; nunquam
Libertas, ultra Tigrim, Rhenumq; receßit,
Ac toties nobis iugulo quæsita, uagatur
Germanum, Scythicumq; bonum, nec respicit ultrà
Ausoniam, uellem populis incognita nostris.
Vulturis ut primum læuo fundata uolatu
Romulus infami compleuit mœnia luco,
Vsq; ad Thessalicas seruisses Roma ruinas.
De Brutis fortuna queror. quid tempora legum
Egimus, aut annos à Consule nomen habentes?
Felices Arabes, Mediq;, Eoaq; tellus,
Quam sub perpetuis tenuerunt fata Tyrannis,
Ex populis qui regna ferunt sors ultima nostra est,
Quos seruire pudet. sunt nobis nulla profectò
Numina, cùm cæco rapiantur sæcula casu:
Mentimur regnare Iouem: spectabit ab alto
Aethere Thessalicas teneat cum fulmina cædes?
Scilicet ipse petet Pholoën? petet ignibus Oethen?

Quinq; planetę dicuntur errãtes, propter uagos quos habẽt cursus ut Saturnus, Iupiter, Mars, Venus, Mercurius,

Tigris Armeniæ fluuius, Rhenus Germaniæ.

Immeri-

Immeritæq; nemus Rhodopes? pinusq; minantes?
Caßius hoc potiùs feriat caput? astra Thyestæ
Impulit, & subitis damnauit noctibus Argos,
Tot similes fratrum gladios, patrumq; gerenti
Thessaliæ dabit ille diem? mortalia nulli
Sunt curata Deo. cladis tamen huius habemus
Vindictam, quantam terris dare numina fas est.
Bella pares superis facient ciuilia diuos.
Fulminibus manes, radijsq; ornabit, & astris,
Inq; Deûm templis iurabit Roma per umbras.
Vt rapido cursu fati suprema morantem
Consumpsere locum, parua tellure dirempti:
Quò sua pila cadant, aut quam sibi fata minentur:
Inde manum spectant, tempus quo noscere possent
Facturi quæ monstra forent. uidere parentes
Frontibus aduersis fraternaq; comminus arma,
Nec libuit mutare locum, tamen omnia torpor
Pectora constrinxit, gelidusq; in uiscera sanguis
Perculsa pietate coit, totæq; cohortes
Pila parata diu tensis tenuere lacertis.
Dij tibi non mortem, quæ cunctis pœna paratur,
Sed sensum post fata tuæ dent Crastine morti,
Cuius torta manu commisit lancea bellum,
Primaq; Thessaliam Romano sanguine, tinxit.
O præceps rabies, cùm Cæsar tela teneret,
Inuenta est prior ulla manus. tunc stridulus aër

Ex Epicureorum tentẽtia, qui non curare Deum credũt mortalia quenquam.

Per umbras, id est, per animam Cæsaris.

Ad historiam redit.

Execratio in Crastinum pugnæ authorẽ.

Exclamatio.

Elisus lituis, conceptaq; classica cornu,
Tunc ausæ dare signa tubæ, tunc æthera tendit,
Extremiq; fragor conuexa irrupit Olympi,
Vnde procul nubes, quò nulla tonitrua durant.
Excepit resonis clamorem uallibus Aemus,
Peliacisq; dedit rursus geminare cauernis,
Pindus agit gemitus, Pangæaq; saxa resultant,
Oetheæq; gemunt rupes, uocesq; furoris
Expauere sui tota tellure relatas.
Spargitur in numerum diuersis missile uotis.
Vulnera pars optat, pars terræ figere tela,
Ac puras seruare manus. rapit omnia casus,
Atq; incerta facit, quos uult fortuna nocentes.
Sed quota pars cladis iaculis, ferroq; uolanti
Exacta est, odijs solus ciuilibus ensis
Sufficit, & dextras Romana in uiscera ducit.
Pompeij densis acies stipata cateruis,
Iunxerat in seriem nexis umbonibus arma,
Vixq; habitura locum dextras, ac tela mouendi
Constiterat. gladiosq; suos compressa timebat,
Præcipiti cursu uesanum Cæsaris agmen
In densos agitur cuneos, perq; arma, per hostem
Quærit iter, quà torta graues lorica catenas
Opponit, tutoq; latet sub tegmine pectus:
Hàc quoq; peruentum est ad uiscera, totq; per arma
Extremum est quod quisq; ferit, ciuilia bella

Tendo interdum idem est quod impleo, ut tendunt uela Noti.

Sententia.

Vna acies patitur, gerit altera, frigidus inde
Stat gladius, calet omne nocens à Cæsare ferrum,
Nec fortuna diu rerum tot pondera uertens
Abstulit ingentes fato torrente ruinas.

Ostendit quanto impetu Pompeiani tantisper dum prevalebant Cæsarianos obtuebant.

Vt primùm toto diduxit cornua campo
Pompeianus eques, belliq; per ultima fudit,
Sparsa per extremos leuis armatura maniplos
Insequitur, sæuasq; manus immittit in hostem.
Illic quæq; suo miscet gens prælia telo,
Romanus cunctis petitur cruor, inde sagittæ,
Inde faces, & saxa uolant, spacioq; solutæ
Aëris, & calido liquefactæ pondere glandes.

Ithyræi Medi & Arabes populi finitimi.

Tunc & Ithyræi, Mediq;, Arabesq; soluto
Arcu turba minax, nusquam rexere sagittas,
Sed petitur solus, qui campis imminet aër,
Inde cadunt mortes, sceleris sed crimine nullo
Externum maculant chalybem, stetit omne coactum
Circa pila nefas, ferro subtexitur æther,
Noxq; super campos telis conserta pependit.

De Cæsare metuente.

Tum Cæsar metuens ne frons sibi prima labaret
In cursu, tenet obliquas post signa cohortes,

Pompeios suis prædixerat ne se loco mouerent.

Inq; latus belli, quà se uagus hostis agebat,
Immittit subitum non motis cornibus agmen.
Immemores pugnæ, nulloq; pudore timendi
Præcipites fecere palàm, ciuilia bella
Non bene barbaricis unquam commissa cateruis,

Vt pri-

Vt primùm ſonipes transfixus pectora ferro
In caput effuſi calcauit membra regentis,
Omnis eques ceßit campis, glomeratáq; pubes
In ſua conuerſis præceps ruit agmine frenis,
Perdidit inde modum cædes, ac nulla ſecuta eſt
Pugna, ſed hinc iugulis, hinc ferro bella geruntur.
Nec ualet hæc acies tantum proſternere, quantum
Inde perire poteſt. Vtinam Pharſalia campis
Sufficiat cruor iſte tuis, quem barbara fundunt
Pectora, non alio mutentur ſanguine fontes,
Hic numerus totos tibi ueſtiat oßibus agros,
Aut ſi Romano compleri ſanguine mauis,
Iſtis parce precor: uiuant Galathæq;, Syriq;,
Cappadoces, Halliq;, extremiq; orbis Iberi,
Armenij, Cilices, nam poſt ciuilia bella
Hic populus Romanus erit. Semel ortus in omnes
It timor, & fatis datus eſt pro Cæſare curſus.
Ventum erat ad robur Magni, mediasq; cateruas:
Quod totos errore uago perfuderat agros,
Conſtitit hîc bellum. fortunaq; Cæſaris hæſit,
Illic non regum auxilijs collecta iuuentus
Bella gerit, ferrumq; manus mouere rogatæ,
Ille locus fratres habuit, locus ille parentes.
Hîc furor, hîc rabies, hîc ſunt tua crimina Cæſar.
Hanc fuge mens partem belli, tenebriſq; relinque,
Nullaq; tantorum diſcat me uate malorum

Virorum ſtrages.

Apoſtrophe in Pharſaliã.

Proſequitur narrationem cœptã de pugna Pharſalię

Quàm multum bellis liceat ciuilibus, ætas.
Ah potiùs pereant lachrymæ, pereantq; querelæ,
Quicquid in hac acie geßiſti Roma, tacebo.
Hîc Cæſar, rabies populi, ſtimulusq; furorum
Ne qua parte ſui pereat ſcelus, agmina circum
It uagus, atq; ignes animis flagrantibus addit,
Conſpicit & gladios, qui toti ſanguine manent,
Qui niteant, primo tantùm mucrone cruenti,
Quæ preſſo tremat enſe manus, quis languida tela,
Quis contenta ferat, quis præſtet bella iubenti,
Quem pugnare iuuet, quis uultum ciue perempto
Mutet, obit latis proiecta cadauera campis,
Vulnera multorum totum fuſura cruorem
Oppoſita premit ipſe manu: quacunq; uagatur
Sanguineum ueluti quatiens Bellona flagellum
Biſtonas aut Mauors agitans, ſi uerbere ſæuo
Palladia ſtimulet turbatos ægide currus.
Nox ingẽs ſcelerum, & cædes oriuntur, & inſta
Immenſæ uocis gemitus, & pondere lapſi
Pectoris arma ſonant, confractiq; enſibus enſes.
Ipſe manu ſubijcit gladios, ac tela miniſtrat,
Aduerſoſq; iubet ferro contundere uultus,
Promouet ipſe acies, impellit terga ſuorum,
Verbere conuerſæ ceſſantes excitat haſtæ,
In plebem uetat ire manus, monſtratq; Senatum
Scit cruor imperij qui ſit, quæ uiſcera regum

Cæſar populi rabies & furorum ſtimulus ſuos cœpto prælio ac quieſcentes ad prælium concitat.

Similitudo.

Inſtauratur pugna.

Docet cur Cæſar ſuis Sena-

Vnde

Vnde petat Romam, libertas ultima mundi
Quo steterit ferienda loco, permixta secundo
Ordine nobilitas, uenerandaq; corpora ferro
Vrgentur, cædunt Lepidos, cæduntq; Metellos,
Coruinosq; simul, Torquataq; nomina regum,
Sæpe duces, summosq; hominum te Magne remoto.
Illic plebeia contectus casside uultus
Ignotusq; hosti, quod ferrum Brute tenebas?
O decus imperij, ô spes suprema Senatus
Extremum tanti generis per secula nomen,
Ne rue per medios nimium temerarius hostes,
Nec tibi fatales admoueris ante Philippos,
Thessalia periture tua, nil proficis istic
Cæsaris intentus iugulo, nondum attigit arcem
Iuris, & humanum culmen, quo cuncta premuntur.
Egressus meruit fatis tam nobile letum:
Viuat, & ut Bruti procumbat uictima, regnet.
Hîc patriæ perit omne decus, iacet aggere magno
Patritium campis commixta plebe cadauer.
Mors tamen eminuit clarorum in strage uirorum,
Pugnacis Domiti, quem clades fata per omnes
Ducebant. nusquam Magni fortuna sine illo
Succubuit, uictus toties à Cæsare salua
Libertate perit: tunc mille in uulnera lætus
Labitur, ac uenia gaudet caruisse secunda.
Viderat in crasso uoluentem sanguine membra

tum occidendum monstra uerit.

Bruti commendatio.

Cæsar, & increpitans, iam Magni deseris arma
Successor Domiti, sine te iam bella geruntur.
Dixerat. ast illi suffecit pectora pulsans
Spiritus in uocem, morientiaq; ora resoluit:
Non te funesta scelerum mercede potitum,
Sed dubium fati Cæsar, generoq; minorem
Aspiciens, Stygias Magno duce liber ad umbras,
Et securus eo, te sæuo Marte subactum
Pompeioq; graues pœnas, nobisq; daturum
Quum morior sperare licet. non plura locutum
Vita fugit, densæq; oculos pressere tenebræ.
Impendisse pudet lachrymas in funere mundi,
Mortibus innumeris, ac singula fata sequentem
Quærere letiferum per cuius uiscera uulnus
Exierit, quis fusa solo uitalia calcet,
Ore quis aduerso demisso faucibus ense
Expulerit moriens animam, quis corruat ictu.
Quis steterit dum membra cadunt, quis pectore telu
Transmittat, uel quos campis affixerit hasta,
Quis cruor emissus perruperit aëra uenis,
Inq; hostis cadat arma sui, quis pectora fratris
Cædat, & ut notum posit spoliare cadauer
Abscissum longe mittat caput, ora parentis
Quis laceret, nimiaq; probet spectantibus ira
Quem iugulat non esse patrem: mors nulla querela
Digna sua est, nullosq; hominum lugere uacamus.

Cæsar aduersus pereuntē Domitium insultatio.

Domitii sermo in Cæsarē.

Se excusat q̄d singulorum non scribat clades.

Non

Non istas habuit pugnæ Pharsalia partes,
Quas aliæ clades, illic per fata uirorum,
Per populos hic Roma perit. quod militis illic,
Mors hic gentis erat: sanguis ibi fluxit Achæus,
Ponticus, Assyrius, cunctos hærere cruores
Romanus, campisq; uetat consistere torrens.
Maius ab hac acie, quàm quod sua secula ferrent,
Vulnus habent populi, plus est quàm uita, salusq;
Quod perit, in totum mundi prosternitur æuum,
Vincitur his gladijs omnis quæ seruiet ætas.
Proxima quid soboles, aut quid meruere nepotes
In regnum nasci? pauidi num gessimus arma?
Teximus aut iugulos? alieni pœna timoris
In nostra ceruice sedet, post prælia natis
Si dominum fortuna dabas, & bella dedisses.
Iam Magnus transisse Deos, Romanaq; fata
Senserat infelix, tota uix clade coactus
Fortunam damnare suam, stetit aggere campi
Eminus, unde omnes sparsas per Thessala rura
Aspiceret clades, quæ bello obstante latebant.
Tot telis sua fata peti, tot corpora fusa,
Ac se tam multo pereuntem sanguine uidit.
Nec (sicut mos est miseris) trahere omnia secum
Mersa iuuat, gentesq; suæ miscere ruinæ:
Vt Latiæ post se uiuat pars maxima turbæ,
Sustinuit dignos etiam nunc credere uotis

Diuersi populi in eo bello cecidere.

Conqueritur posteros sine culpa seruiles nascituros.

Attende quid fecerit Pompeius.

Pompeij ad superos deprecatio.

Cœlicolas, uoluitq; sui solatia casus.
Parcite ait superi cunctas prosternere gentes,
Stante potest mundo, Romaq; superstite Magnus
Esse miser. si plura iuuant mea uulnera, coniunx
Est mihi, sunt nati, dedimus tot pignora fatis.
Ciuili ne parum est bello, si meq;, meosq;
Obruet? exiguæ clades sumus orbe remoto.
Omnia quid laceras? quid perdere cuncta laborat?
Iam nihil est fortuna, meum sic fatur, & arma,
Signaq;, & afflictas omni iam parte cateruas
Circuit, & reuocat matura in fata ruentes,
Seq; negat tanti, nec deerat robur in enses
Ire duci, iuguloq; pati, uel pectore letum.
Sed timuit strato miles ne corpore Magni
Non fugeret, supraq; ducem procumberet orbis.
Cæsaris aut oculis uoluit subducere mortem
Nequicquam infelix, socero spectare uolenti
Præstandum est ubicunq; caput, sed tu quoq; coniunx
Caussa fugæ, uultusq; tui, fatisq; negatum
Te præsente mori tum Magnum concitus aufert
A bello sonipes, non tergo tela pauentem,
Ingentesq; animos extrema in fata ferentem.
Non gemitus, non fletus erat, saluaq; uerendus
Maiestate dolor: qualem te Magne decebat
Romanis præstare malis, non impare uultu
Aspicis Emathiam, nec te uidere superbum

E bello aufugit Pompeius ad quem apostrophat.

Prosper

Prospera bellorum, nec fractum aduersa uidebunt.
Quamq; fuit læto per treis infida triumphos
Tam misero fortuna minor. iam pondere fati
Deposito securus abis, nunc tempora læta
Respexisse uacat, spes nunquam implenda recessit.
Quid fueris nunc scire licet, fuge prælia dira,
Ac testare Deos, nullum qui perstet in armis
Iam tibi Magne mori, ceu flebilis Africa damnis,
Et ceu munda nocens, Pharioq; à gurgite clades,
Sic & Thessalicæ post te pars maxima pugnæ,
Non iam Pompeij nomen populare per orbem,
Nec studium belli, sed par quod semper habemus
Libertas, & Cæsar erunt, teq; inde fugato
Ostendet moriens sibi se pugnasse Senatus.
Non ne iuuat pulsum bellis cessisse, nec istud
Prospectare nefas spumantes cæde cateruas?
Respice turbatos in cursu sanguinis amnes,
Et soceri miserere tui, quo pectore Romam
Intrabit factus campis felicior istis?
Quicquid in ignotis solus regionibus exul
Quicquid sub Pharios positus patiere tyranno,
Crede Deis, longo fatorum crede fauori.
Vincere peius erat, prohibe lamenta sonare,
Flere uetat populos, lachrymas, luctusq; remitte.
Tam mala Pompeij, quàm prospera mundus adoret.
Aspice securus uultu non supplice reges,

Similitudo.

Studium est uehemens animi appetitio ad aliquid faciendum.

Exul ab exilio dicitur, extra terram dejectus.

Infeliciores quippe sunt qui faciunt, q̃ qui patiuntur iniuriam.

Aspice possessas urbes, donataq; regna,
Aegyptum, Lybiamq;, & terras elige morti.
Vidit prima tuæ testis Larissa ruinæ
Nobile nec uictum fatis caput, omnibus illa
Ciuibus effudit totas per mœnia uires
Obuia seu læto, promittunt munera flentes,
Pandunt templa, domos, socios se cladibus optant:
Scilicet immenso superest ex nomine multum,
Teq; minor solo, cunctas repellere gentes
Rursus in arma potes, rursusq; in fata redire.
Sed quid opus uicto populis, aut urbibus inquit?
Victori præstate fidem. Tu Cæsar in alto
Cædis adhuc cumulo, patriæ per uiscera uadis,
At tibi iam populos donat gener. auehit inde
Pompeius sonipes, gemitus lachrymæq; sequuntur,
Plurimaq; in sæuos populi conuicia diuos.
Nunc tibi uera fides quæsiti Magne fauoris
Contigit, ac fructus felix se nescit amari.
Cæsar ut Hesperio uidit satis arua natare
Sanguine, parcendum ferro, manibusq; suorum
Iam ratus, ut uiles animas, perituraq; frustra
Agmina permisit uitæ, sed castra fugatos
Ne reuocent, pellatq; quies nocturna pauorem,
Protinus hostili statuit succedere uallo,
Dum fortuna calet, dum conficit omnia terror,
Non ueritus graue ne fessis, ac Marte subactis

Larissa Thessaliæ oppidum est.

Scilicet ut fluuum spectatur in ignibus aurum, Tempore sic duro est inspicienda fides. Ouid. in Tristibus.

Hoc foret imperium, non magno hortamine miles
In prædam ducendus erat. uictoria nobis
Plena uiri dixit, superest pro sanguine merces,
Quam monstrare meum est, nec enim donare uocabo
Quod sibi quisq; dabit. cunctis en plena metallis
Castra patent, raptum Hesperijs è gentibus aurum
Hic iacet, Eoasq; premunt tentoria gazas.
Tot regum fortuna simul, Magniq; coacta
Expectat dominos: propera præcedere miles
Quos sequeris, quascunq; tuas Pharsalia fecit,
A uictis rapiantur opes, nec plura locutus
Impulit amentes, auriq; cupidine cæcos
Ire super gladios, supraq; cadauera patrum,
Et cæsos calcare duces, quæ fossa, quis agger
Sustineat precium belli, scelerumq; petentes.
Scire uolunt quanta fuerint mercede nocentes.
Inuenere quidem spoliato plurima mundo,
Bellorum in sumptus congestæ pondera massæ,
Sed non implerent cupientes omnia mentes,
Quicquid fodit Iber, quicquid Tagus extulit auri,
Quod legit diues summis Arimaspus arenis,
Vt rapiant, paruo scelus hoc uenisse putabunt.
Cùm sibi Tarpeias uictor desponderit arces,
Cùm spe Romanæ promiserit omnia prædæ,
Decipitur, quòd castra rapit, capit improba plebes
Cespite patritio somnos, uacuumq; cubile

Cęsaris oratio ad direptionem milites commouētis.

Postq̄ Cæsariani Pōpeianorum castris potiti sunt, nōdum requiē sunt potiti, qa adhuc uidentur sibi in prędio uersari.

Tagus fluuius Hispaniæ.
Arimaspus populus Scythię

Regibus infandus miles premit, inq; parentum,
Inq; toris fratrum posuerunt membra nocentes.
Quos agitat uesana quies, somniq; furentes,
Thessalicam miseri uersant in pectore pugnam,
Inuigilat cunctis sæuum scelus, armaq; tota
Mente agitant, capuloq; manu absente mouentur.
Ingemuisse putes campos, terramq; nocentem
Inspirasse animas, infectumq; aëra totum
Manibus, & superam Stygia formidine noctem:
Exigit à meritis tristes uictoria pœnas,
Sibilaq;, & flammas infert sopor, umbra perempti
Ciuis adest sua quæq; premit terroris imago.
Ille senum uultus, iuuenum uidet ille figuras,
Hunc agitant totis fraterna cauerna somnis,
Pectore in hoc pater est, omnes in Cæsare manes.
Haud alios nondum Scythica purgatus in ara
Eumenidum uidit uultus Pelopeius Orestes
Nec magis attonitos animi sensere tumultus,
Cùm fureret Pentheus, aut cùm desciisset Agaue.
Hunc omnes gladij, quos aut Pharsalia uidit,
Aut ultrix uisura dies stringente Senatu,
Illa nocte premunt, hunc infera monstra flagellant.
Heu quantum pœnæ misero mens conscia donat,
Quod Stygia, quod manes, infestaq; tartara somnis
Pompeio uiuente uidet, tamen omnia passo
Postquam clara dies Pharsalica damna retexit,

Nota in scelerat os, qui sceleram suorũ assiduo flagello cruciãtur: nam canit Satyricus: Cur tu hos euasisse putes, quos diri conscia facti Mẽs habet attonitos & surdo uerbere cædit, Occultũ quatiente animo tortore flagellum. & Plautus in Mustellaria, Nihil est miserius q̃ animus hominis conscius, Orestes.

Nati

Nulla loci facies reuocat feralibus aruis
Hærentes oculos, cernit propulsa cruore
Flumina, & excelsos cumulis æquantia colles
Corpora, sidentes in tabem spectet aceruos,
Et Magni numerat populos, epulisq; paratur
Ille locus, uultus ex quo, faciesq; iacentum
Agnoscat. iuuat Emathiam non cernere terram,
Et lustrare oculis campos sub clade latentes,
Fortunam, superosq; suos in sanguine cernit,
Ac ne læta furens scelerum spectacula perdat,
Inuidet igne rogi miseris, cœloq; nocenti
Ingerit Emathiam. non illum Pœnus humator
Consulis, & Lybica succensæ lampade Cannæ
Compellunt, hominum ritus ut seruet in hostes.
Sed meminit nondum satiata cædibus ira
Ciues esse suos. Petimus non singula busta
Discretosq; rogos, unum da gentibus ignem:
Non interpositis urantur corpora flammis,
Aut generi si pœna iuuat, nemus extrue Pindi,
Erige congestas Oethæo robore syluas,
Thessalicam uideat Pompeius ab æquore flammam.
Nil agis hac ira: tabes ne cadauera soluat,
Aut rogus, haud refert: placido natura receptat
Cuncta sinu, finemq; sui sibi corpora debent.
Hos Cæsar populos, si nunc non usserit ignis,
Vret cum terris, uret cum gurgite ponti.

Cæsar de perpetrata strage lætatur.

Inuehitur continue in Cæsarem, eo q; corpora Romanorum à sepultura prohibuit.

Hos, ait Lucanus ô Cæsar, si nunc ista ca

Commu-

dauera nō cre mātur & sepe liuntur, ut cre mari deberēt saltem tunc urentur, quan do totus mun dus in ignem collabetur.

Communis mundo superest rogus, ossibus astra
Mixturus, quocunq; tuam fortuna uocabit.
Hæ quoq; eunt animæ, non altiùs ibis in auras,
Non meliore loco Stygia sub nocte iacebis.
Libera fortuna mors est, capit omnia tellus
Quæ genuit, cœlo tegitur qui non habet urnam.
Tu, cui dant pœnas inhumato funere gentes,
Quid fugis hanc cladem? quid olentes deseris agros?
Has trahe Cæsar aquas, hoc si potes, utere cœlo,
Sed tibi tabentes populi Pharsalia rura

Concursus ferarum & pennatorum ad cadauera hominum post stragem insepulta.

Eripiunt, camposq; tenent uictore fugato.
Non solùm Aemonij funesta ad pabula belli
Bistonij uenēre lupi, tabemq; cruentæ
Cædis odorati Pholoën liquere leones:
Tunc ursi latebras, obsceni tecta domosq;
Deseruere canes, & quicquid nare sagaci
Aëra non sanum, motumq; cadauere sensit.
Iamq; diu uolucres ciuilia castra secutæ
Conueniunt, uos quæ Nilo mutare soletis.
Threïcias hyemes, ad mollem seriùs Austrum
Istis aues, nunquam se tanto uulture cœlum
Induit, aut plures pressērunt aëra pennæ:
Omne nemus misit uolucres, omnisq; cruenta
Alite sanguineis stillauit roribus arbor.
Sæpe super uultus uictoria, & impia signa
Aut cruor, aut alto defluxit ab æthere tabes,

Membraq; deiecit iam laxis unguibus ales.
Sic quoq; non omnis populus peruenit ad ossa,
Inq; feras discerptus abit, non intima curant
Viscera nec totas auidæ sorbere medullas
Degustant artus: Latiæ pars maxima turbæ
Fastidita iacet, quam sol, nimbiq;, diesq;
Longior Emathijs resolutam miscuit aruis.
Thessalia infelix quo tanto crimine tellus
Læsisti superos, ut te tot mortibus unam,
Tot scelerum fatis premerent? quod sufficit æuum
Immemor, ut donet belli tibi damna uetustas?
Quæ seges infecta surget non decolor herba?
Quo non Romanos uiolabis uomere manes,
Antè nouæ uenient acies, sceleriq; secundo
Præstabis nondum siccos hoc sanguine campos.
Omnia maiorum uertamus busta licebit,
Et stantes tumulos, & qui radice uetusta
Effudere suas uictis compagibus urnas,
Plus cinerum Aemoniæ sulcis telluris aratur,
Pluraq; ruricolis feriuntur dentibus ossa.
Nullus ab Emathio religasset littore funem
Nauita, nec terram quisquam mouisset arator
Romani bustum populi, fugerentq; coloni
Vmbrarum campos, gregibus dumeta carerent,
Nullusq; auderet pecori permittere pastor
Vellere surgentem de nostris ossibus herbam,

Hoc est, nullæ fruges surgent, quin earum herba sit decolor, & infecta isto cruore.

Cum dicitur Nullus: sensus est, Thessaliam fuisse à cunctis mortalib. derelictã, si in ea sola cõmissa essent clades ciuilis.

Ac uelut

Ac uelut impatiens hominum, uel solis iniqui,
Limite, uel glacie nuda, atq; ignota iaceres:
Si non prima nefas belli, sed sola tulisses.
O superi liceat terras odisse nocentes,
Quid totum premitis, quid totum absoluitis orbem
Hesperiæ clades, & flebilis unda Pachyni,
Et Mutina, & Leucas puros fecere Philippos.

Libri septimi finis.

M. ANNEI LVCANI PHARSALIAE LIBER VIII.

SVLPITII ARGVMENTVM.

Octauo in Lesbon fugiens per deuia Magnus
Nauigat, & coniux lachrymando abducta reliquit
Deflentem populum: properans tum nauta monetur
Tendat ut ad Cilices, ubi Sextus, turba ducumq;
Decernunt, quò sit dux confugiturus, atroxq;
Aegyptus legitur: uenientem & regia prodit,
Coniugeq; & nato coram confodit Achillas,
Ambustum Codrus truncum clam texit arena.

Lan

IAm super Herculeas fauces, nemorosaq; Tempe
Aemoniæ deserta petens dispendia syluæ,
Cornipedem exhaustum cursu, stimulisq; negantem
Magnus agens, incerta fugæ uestigia turbat,
Implicitasq; errore uias: pauet ille fragorem
Motorum uentis nemorum, comitumq; suorum,
Qui post terga redit trepidum, lateriq; timentem
Exanimat, quamuis summo de culmine lapsus
Nondum uile sui precium scit sanguinis esse,
Seq; memor fati tantæ mercedis habere
Credit adhuc iugulum, quantum pro Cæsaris ipse
Auulsa ceruice daret: deserta sequentem
Non patitur tutis fatum celare latebris
Clara uiri facies, multi Pharsalia castra
Cùm peterent, nondum fama prodente ruinas,
Occursu stupuere ducis, uertigine rerum
Attoniti, cladisq; suæ uix ipse fidelis
Author erat, grauis est Magno quicunq; malorum
Testis adest, cunctis ignotus gentibus esse
Mallet, & obscuro tutus transire per orbem
Nomine, sed longi pœnas fortuna fauoris
Exigit à misero, quæ tanto pondere famæ
Res premit aduersas, fatisq; prioribus urget.
Nunc festinatos nimium sibi sentit honores,

Hic ostendit quod Pompeius ex Lariſſa per Thermopilas & Tempe occultis itineribus profectus est ad mare, ibiq; nauē cōscendit, & per Herculeas fauces intelligit Thermopilas quę sunt portæ & claustra Thessaliæ.

Sententia, nū

Actaq;

Verum facere iudicium nolumus, ac repudiata omni fortunæ ambitione decernere, mortalium nemo est felix, author Plu. li. 6.

Actáq; lauriferæ damnat Syllana iuuentæ,
Nunc & Corycias classes, & Pontica signa
Deiectum meminisse piget. Sic longius æuum
Destruit ingentes animos, & uita superstes
Imperio, nisi summa dies cum fine bonorum
Affuit, & celeri præuertit tristia leto.
Dedecori est fortuna prior quisquam'ne secundis
Tradere se fatis audet, nisi morte parata?
Littora contigerat, per quæ Peneius amnis
Emathia iam clade rubens exibat in æquor.
Inde ratis trepidum uentis, & fluctibus impar,
Flumineis uix tuta uadis euexit in altum,
Cuius adhuc remis quatitur Corcyra, sinusq;
Leucadij. Cilicum dominus, terræq; liburnæ.
Exiguam uector pauidus correpsit in alnum.
Conscia curarum secreta in littora Lesbi
Flectere uela iubes, qua tum tellure latebas
Mœstior, in medijs quàm si Cornelia campis
Emathiæ stares, tristes præsagia curas
Exagitant, trepida quatitur formidine somnus,
Thessaliam nox omnis habet tenebrisq; remotis
Rupis in abruptæ scopulos, extremaq; currens
Littora prospiciens fluctus. nutantia longè
Semper prima uidens uenientis uela carinæ,
Quærere nec quicquam de fato coniugis audes.
En ratis ad uestros quæ tendit carbasa portus,

Peneius fluuius Thessaliæ.

Corcyra insula Ionij maris

Lesbon insulam nauigio petit, in qua erat Cornelia Pompeij uxor.

Qui

Quid ferat ignoras, sed nunc tibi summa pauoris
Nuncius armorum tristis, rumorq; siniſter
Victus adest coniux, quid perdis tempora luctus
Cùm poßis iam flere: times? tunc puppe propinqua
Proſiluit, crimenq; Deum crudele notauit,
Deformem pallore ducem, uultusq; prementem
Caniciem, atq; atro ſqualentes puluere ueſtes.
Obuia nox miſeræ cœlum, lucemq; tenebris
Abſtulit, atq; animam clauſit dolor, omnia neruis
Membra relicta labant riguerunt corda, diuq;
Spe mortis depreſſa iacet. iam fune ligato
Littoribus, luſtrat uacuas Pompeius arenas:
Quem poſtquam propius famulæ uidere fideles,
Non ultra gemitus tacitos inceſſere fata
Permiſere ſibi, fruſtraq; attollere terra
Semianimem conãtur heram, quam pectore Magnus
Ambit, & aſtrictos refouet complexibus artus.
Cœperat in ſummum reuocato ſanguine corpus
Pompeij ſentire manus, mœſtamq; mariti
Poſſe pati faciem: prohibet ſuccumbere fatis
Magnus, & immodicos caſtigat uoce dolores.
Nobile cur robur fortunæ uulnere primo
Fœmina tantorum titulis inſignis auorum
Frangis? habes aditum manſuræ in ſæcula famæ,
Laudis in hoc ſexu, non legum iura, nec arma,
Vnica materia eſt coniux miſer, erige mentem,

Vertigo præ-nimio dolore Corneliam inuaſit.

Pompeius uxorem cõſolatur, eam pu ſillanimitatis inſimulans.

Et tua cum fatis pietas decertet, & ipsum
Argute argumentatur Pompeius, nõ tantopere fiendã esse fortunã suam, quæ perijt. Quòd sum uictus, amat: nunc sum tibi gloria maior,
A me quòd fasces, & quòd pia turba senatus,
Tantaq; discesſit regum manus, incipe Magnum
Sola sequi, deformis adhuc uiuente marito,
Summus, & augeri uetitus dolor, ultima debet
Esse fides lugere uirum: tu nulla tulisti
Bello damna meo, uiuit post prælia Magnus:
Sed fortuna perit, quod desles, illud amasti.
Vocibus his correpta uiri, uix ægra leuauit
Membra solo, tales gemitu rumpente querelas:
O utinam in thalamos inuisi Cæsaris issem
Infelix coniux, & nulli læta marito.
Bis nocui mundo, me pronuba duxit Erynnis,
Crassorumq; umbræ, deuotaq; manibus illis
Assyrios in castra tuli ciuilia casus,
Præcipitesq; dedi populos, cunctosq; fugaui
Cornelię ad uirum Pompeium lachrymose ac dolenter legenda oratio. A causa meliore Deos. ô maxime coniux,
O thalamis indigne meis, hoc iuris habebat
In tantum fortuna caput. cur impia nupsi
Crassus ille fuit Crassi filius, qui fuit à Parthis interfectus. Si miserum factura fui? nunc accipe pœnas,
Sed quas sponte luam, quo sit tibi mollius æquor,
Certa fides regum, totusq; paratior orbis,
Sparge mari comitem, mallem felicibus armis
Dependisse caput, nunc clades deniq; lustra
Magne tuas, ubicunq; iaces ciuilibus armis

Nostros ulta toros, ades huc, atq; exige pœnas
Iulia crudelis, placataq; pellice cæsa,
Magno parce tuo. sic fata iterumq; refusa
Coniugis in gremium, cunctorum lumina soluit
In lachrymas, duri flectuntur pectora Magni,
Siccaq; Thessaliæ confudit lumina Lesbos.

Apostrophat ad Iuliã, quã in odium adducit.

Tunc Mitylenæum iam pleno littore uulgus
Affatur Magnum: Si maxima gloria nobis
Semper erit tanti pignus seruasse mariti,
Tu quoq; deuotos sacro tibi fœdere muros
Oramus, sociosq; lares dignare, uel una
Nocte tua, fac Magne locum, quem cuncta reuisent
Secula, quem ueniens hospes Romanus adoret.
Nulla tibi subeunda magis sunt mœnia uictor,
Omnia uictoris possunt sperare fauorem,
Hæc iam crimen habẽt. quid, quòd iacet insula ponto?
Cæsar eget ratibus, procerum pars magna coibit
Certa loci, noto reparandum est littore fatum.
Accipe templorum cultus, aurumq; Deorum,
Accipe si terris, si puppibus ista iuuentus
Aptior est: toto quantum ualet, utere Lesbo.
Accipe ne Cæsar rapiat, tu uictus habeto.
Hoc solum crimen meritæ bene detrahe terræ
Ne nostram uideare fidem, felixq; secutus,
Et damnasse miser. tali pietate uirorum
Lætus in aduersis, & mundi nomine gaudens

Mitylenæi ad litus, honorẽ Pompeio exhibituri concurrunt, & eũ alloquuntur.

Mitylenæi totos sese Pompeij obsequio deuouent.

Ampliter ostendũt bene uolentiã suã in Pompeium Mitylenæi, dicentes accipe

Pompeij ad Mitylenæos sermo.

Esse fidem, nullum toto mihi dixit in orbe
Gratius esse solum, non paruo pignore uobis
Ostendi, tenuit nostros hac obside Lesbos
Adfectus, hic sacra domus, clariq; penates,
Hic mihi Roma fuit, non ulla in Littora puppim
Ante dedi fugiens, sæui cum Cæsaris iram
Iam scirem meritam seruata coniuge Lesbon,
Non ueritus tantam ueniæ committere uobis
Materiam. sed iam satis est feciſſe nocentes,
Fata mihi totum mea sunt agitanda per orbem.
Heu nimium felix æterno nomine Lesbos,
Siue doces populos, regesq; admittere Magnum,
Seu præstas mihi sola fidem, nam quærere certum
Fas quibus in terris, ubi sit scelus, accipe numen,
Si quod adhuc mecum es, uotorum extrema meorum.
Da similes Lesbo populos, qui Marte subactum
Non intrare suos infesto Cæsare portus,
Non exire uetent. dixit, mœstamq; carinæ
Imposuit comitem cunctos mutare putares
Tellurem, patriæq; solum, sic littore toto
Plangitur, infestæ tenduntur in æthera dextræ,
Pompeiumq; minus, cuius fortuna dolorem
Mouerat, ast illam, quem toto tempore belli
Vt ciuem uidere suam, discedere cernens
Ingemuit populus, quam uix si castra mariti
Victoris peteret, siccis dimittere matres

Lesbos insula est, in qua sunt uites optimam uinũ producẽtes.

In nauẽ Corneliam admisit Pomp. quo abeunte omnes Mitylenęi præmimio dolore lachrymantes conabuerunt.

Iam

Iam poterant oculis, tanto deuinxit amore
Hos pudor, hos probitas, castiq; modestia uultus.
Quòd summissa nimis nulli grauis hospita turbæ,
Stantis adhuc fati uixit quasi coniuge uicto.

Tempus describit quo anciputibus curis Pompeius agitabatur.

Iam pelago medios Titan demissus ad ignes
Nec quibus abscondit, nec si quibus exerit orbem
Totus erat: uigiles Pompeij in pectore curæ
Nunc socias adeunt Romani fœderis urbes,
Et uarias regum mentes, nunc inuia mundi
Arua super nimios soles, Austrumq; iacentes,
Sæpe labor mœstus curarum, odiumq; futuri
Proiecit fessos incerti pectoris æstus:

Nautam Pompeius super syderum motu aspectuq; percontatur.

Rectoremq; ratis de cunctis consulit astris,
Vnde notet terras, quæ sit mensura secandi
Aequoris in cœlo, Syriam quo sydere seruet,
Aut quotus in plaustro Lybiam bene dirigat ignis.

Respondet nauta.

Doctus ad hæc fatur taciti seruator Olympi:
Signifero quæcunq; fluunt labentia cœlo
Nunquam stante polo miseros fallentia nautas
Sydera non sequimur, sed qui non mergitur undis
Axis inocciduus gemina clarissimus Arcto.

Sydus aliquã docõgregatio stellarum, aliquando una est stella.

Ille regit puppes, hic quum mihi semper in altum
Surget, & instabit summis minor Vrsa cheruchis
Bosphoron, & Scythiæ curuantem littora pontum
Spectamus, quicquid descendit ab arbore summa,
Arctophylax, propiorq; mari Cynosura feretur

Bosphorus angustię maris.

In Syriæ portus tendit ratis, inde Canopos
Excipit Auſtrali cœlo contenta uagari
Stella timens boream, illa quoq; perge ſiniſtra
Trans Pharon, in medio tanget ratis æquore Syrtes.
Sed quo uela dari, quo nunc pede carbaſa tendi
Noſtra iubes? dubio contrà cui pectora Magnus
Hoc ſolùm toto reſpondit in æquore ſerua,
Vt ſit ab Emathijs ſemper tua longius oris
Puppis, & Heſperiam pelago, cœloq; relinquas.
Cætera da uentis, comitem, pignusq; recepi
Depoſitum, tunc certus eram quæ littora uellem,
Nunc portum fortuna dabit. Sic fatur, at ille
Iuſta uela modo pendentia cornibus æquis
Torſit, & in læuum puppim dedit, utq; ſecaret
Quas Aſinæ cautes & quas Chios aſperet undas,
Hos dedit in proram, tenet hos in puppe rudentes.
Æquora ſenſerunt motus, aliterq; ſecante
Iam pelagus roſtro, nec idem ſpectante carina,
Mutauere ſonum. non ſic moderator equorum
Dexteriore rota læuum quum circuit axem,
Cogit inoffenſæ currum accedere metæ.
Oſtendit terras Titan, & ſydera texit,
Sparſus ab Emathia fugit quicunq; procella
Aſſequitur Magnum, primusq; à littore Lesbi
Occurrit natus, procerum mox turba fidelis.
Nam neq; deiecto fatis, acieq; fugato

Pompeius nauẽ monuerut ab Italia & Theſſalia nauigationẽ arceat.

Aſinę pagus prope Lacedęmoniam.

Quia cõ prius tenderent in dextram, nunc curſum flexerunt in ſiniſtram.

Abſtu-

Abstulerat Magno reges fortuna ministros,
Terrarum dominos, & sceptra Eoa tenentes.
Exul habet comites: iubet ire in deuia mundi
Deiotarum, qui sparsa ducis uestigia legit.
Quando ait Emathijs amissus cladibus orbis
Quà Romanus erat, superest fidissime regum
Eoam tentare fidem, populosq; bibentes
Euphraten, & adhuc securum à Cæsare Tigrim,
Ne pigeat Magno quærentem fata, remotas
Medorum penetrare domos, Scythicosq; recessus,
Et totum † mutare diem, uocesq; superbo
Arsacide perferre meas, si fœdera uobis
Prisca manent, mihi per Latium iurata tonantem,
Per uestros astricta magos, implete pharetras,
Armeniosq; arcus Gethicis intendite neruis.
Si uos ô Parthi peterem cùm Caspia claustra,
Et sequerer duros æterni Martis Alanos,
Passus Achemenijs latè decurrere campis,
In tutam trepidos nunquam Babylona coëgi,
Arua super Cyri, Chaldæiq; ultima regni,
Quà rapidus Ganges, & quà Nysæus Hydaspes
Accedunt pelago, phœbi surgentis ab igne
Iam propior, quàm Persis eram, tamen omnia uincēs
Sustinui nostris uos tantùm deesse triumphis,
Solus & è numero regum telluris Eoæ
Ex æquo me Parthus adit, nec munere Magni

Armeniæ regem significat

† ali. ✶ motare.

Alani Scythiq populi.

Cyrus rex Persarum.

Stant semel Arsacidæ. quis enim post uulnera cladis
Assyriæ, iustas Latij compescuit iras?
Tot meritis obstricta meis, nunc Parthia ruptis
Excedat claustris uetitam per secula ripam,
Zeugmaq; Pellæum, Pompeio uincite Parthi,
Vinci Roma uolet. regem parêre iubenti
Mutato habitu externos populos ad Pompeiũ uocat Deiotarus
Ardua non piguit, positisq; insignibus aulæ
Egreditur famuli raptos indutus amictus.
In dubijs tutum est inopem simulare tyranno.
Quanto igitur mundi dominus securius æuum
Verus pauper agit? dimisso in littore rege
Ipse per Icariæ scopulos, Ephesumq; relinquens,
Colophon Ionix oppidum Lictorum.
Et placidi Colophona maris, spumantia paruæ
Cous insula Hippocratis.
Radit saxa Sami, spirat de littore Coo
Gnido insula Carpathij.
Aura fluens, Gnidon inde fugit, claramq; relinquit
Sole Rhodon, magnosq; sinus Telmesidos undæ
Telmesis oppidum Liciorum.
Compensat, medio pelago Pamphilia puppi
Occurrit tellus, nec se committere muris
Ausus adhuc ullis, te primùm parua Phaselis
Magnus adit. nam te metui uetat incola rarus,
Exhaustæq; domus populis, maiorq; carinæ,
Dipsas fluuius Cilicię est.
Quàm tua turba fuit: tendens hinc carbasa rursus
Iam Taurum, Tauroq; uidet Dipsanta cadentem.
Crederet hoc Magnus pacem cum præstitit undis
Et sibi consultum? Cilicum per littora tutus
Parua puppe fugit, sequitur pars magna Senatus.

Ad pro-

Ad profugum collecta lucem, paruisq; Colendris,
Quo portu mittitq; rates, recipitq; Selinus
In procerum cœtu tandem mœsta ora resoluit
Vocibus his Magnus: comites belliq; fugæq;
Atq; instar patriæ, quamuis in littore nudo
In Cilicum terra nullis circundatus armis
Consultem, rebusq; nouis exordia quæram,
Ingentes præstate animos, non omnis in aruis
Emathijs cecidi, nec sic mea fata premuntur,
Vt nequeam releuare caput, cladesq; receptas
Excutere: an Lybicæ Marium potuere ruinæ
Erigere in fasces plenis & reddere fastis?
Me pressum leuiore manu fortuna tenebit?
Mille meæ Graio uoluuntur in æquore puppes,
Mille duces. sparsit potiùs Pharsalia nostras,
Quàm subuertit opes: sed me uel sola tueri
Fama potest rerum, toto quas gessimus orbe,
Et nomen, quod mundus amat: uos pendite regna
Viribus, atq; fide, Lybien, Parthosq;, Pharonq;.
Quæ nam Romanis deceat succurrere rebus.
Ast ego curarum proceres arcana mearum
Expromam, mentisq; meæ quo pondere uergant:
Aetas Niliaci nobis suspecta tyranni est,
Ardua quippe fides robustos exigit annos.
Hinc anceps dubij terret solertia Mauri,
Nanq; memor generis Carthaginis impia proles

Colendræ oppidum est in Cilicia.

A minori ad maius argumenta. Pōpeius ostē dit uires suas nondum esse, absumptas.

Se mentis suę arcana patefacturum pollicetur.

Paroemia.

Iuba rex Mauritaniæ.

Imminet Hesperiæ, multusq; in pectore uano est
Hannibal, obliquo maculat qui sanguine regnum,
Et Numidas contingit auos, iam supplice Varo
Intumuit, uiditq; loco Romana secundo.
Quare agite Eoum comites properemus in orbem,
Diuidit Euphrates ingentem gurgite mundum,
Caspia claustra, mõtes & mare Caspiũ iuxta Caucasum montem.
Caspiaq; immensos seducunt claustra recessus,
Et polus Assyrias alter, noctesq;, diesq;
Vertit, & abruptum est nostrum mare, discolor unda
Oceanusq; suus, regnandi sola uoluptas,
Celsior in campis sonipes, & fortior arcus,
Nec puer, aut senior letales tendere neruos
Segnis, & à nulla mors est incerta sagitta.
Parthi primi Alexandrum Macedonum Regem superarum.
Primi Pellæas arcu fregere Sarissas,
Bactraq; Medorum sedem, murisq; superbam
Assyrias Babylona domos: nec pila timentur
Nostra nimis Parthis, audentq; in bella uenire,
Experti Scythicas Crasso pereunte sagittas,
Spicula nec solo spargunt fidentia ferro
Stridula, sed multo saturantur tela ueneno,
Vulnera parua nocent, fatũq; in sanguine summo est.
O utinam non tanta mihi fiducia sæuis
Esset in Arsacidis, fatis nimis æmula nostris
Fata mouent Medos, multumq; in gente deorum est.
Effundam populos alia tellure reuulsos,
Excitosq; suis immittam sedibus ortus.

Quòd

Quòd si nos Eoa fides, & barbara fallunt
Fœdera, uulgati supra commercia mundi
Naufragium fortuna ferat, non regna precabor,
Quæ feci, sed magna feram solatia mortis
Orbe iacens alio, nihil hæc in membra cruentè,
Nil socerum feciſſe piè, sed cuncta reuoluens
Vitæ fata meæ, semper uenerabilis illâ
Orbis parte fui, quantus Mœotida supra,
Quantus apud Tanain toto conſpectus in ortu.
Quas magis in terras noſtrum felicibus actis
Nomen abit, aut unde redit maiore triumpho?
Roma faue cœptis, quid enim tibi lætius unquam
Præſtiterint ſuperi, quàm ſi ciuilia Partho
Milite bella geras? tantam conſumere gentem,
Et noſtris miſcere malis, cùm Cæſaris arma
Concurrent Medis, aut me fortuna neceſſe eſt
Vindicet, aut Craſſum. ſic fatus, murmure ſenſit
Conſilium damnaſſe uiros, quos Lentulus omnes
Virtutis ſtimulis, & nobilitate dolendi
Præceſſit, dignasq; tulit modo conſule uoces:
Siccine Theſſalicæ mentem fregere ruinæ?
Vna dies mundi damnauit fata? ſecundum
Emathiam lis tanta datur? iacet omne cruenti
Vulneris auxilium? ſolos tibi Magne reliquit
Parthorum fortuna pedes? quid transfuga mundi
Terrarum totos tractus, cœlumq; peroſus,

Lentulus argumentis contrarijs ſuadet Aegyptum eſſe petendam.

Aduer-

Aduersosq; polos, alienaq; sydera quæris?
Chaldeos culturæ Deos, & barbara sacra
Parthorum famulus? quid caussæ obtenditur armis?
Libertatis amor miserum quid decipis orbem
Si seruire potes? te quem Romana regentem
Horruit auditu, quem captos ducere reges
Vidit ab Hircanis, Indoq; à littore syluis,
Deiectum fatis humilem, fractumq; uidebit,
Extolletq; animos Latium uesanus in orbem,
Si simul, & Romam Pompeio supplice mensus.
Nil animis fatisq; tuis effabere dignum.
Exigit ignorans Latiæ commercia linguæ,
Vt lachrymis se Magne roges: patimur ne pudoris
Hoc uulnus, clades ut Parthia uindicet antè
Hesperias, quàm Roma suas? ciuilibus armis
Elegit te nempe ducem. quid uulnera nostra
In Scythicos spargis populos, cladesq; latentes?
Quid Parthos transire doces? solatia tanti
Perdit Roma mali, nullos admmittere reges,
Sed ciui seruire suo iuuat ire per orbem
Ducentemq; sæuas Romana in mœnia gentes?
Signaq; ab Euphrate cum Crassis capta sequentem?
Qui solus regum fato celante fauorem
Defuit Emathiæ. nunc tantas ille lacesset
Auditi uictoris opes? aut iungere fata
Tecum Magne uolet? non hæc fiducia genti est.

Prosequitur oratiõem suã Lentulus, qua detestatur Parthorum commercia.

Lacesso prouoco est.

Omnis

Omnis in Arctois populus quicunq; pruinis
Naſcitur, indomitus bellis, & mortis amator.
Quicquid ad Eoos tractus, mundiq; teporem
Labitur, emollit gentes clementia cœli.
Illic & laxas ueſtes, & fluxa uirorum
Velamenta uides. Parthus per Medica rura
Sarmaticos inter campos, effuſaq; plano
Tigridis arua ſolo, nulli ſuperabilis hoſti eſt
Libertate fugæ, ſed non ubi terra tumebit
Aſpera conſcendet montis iuga, nec per opacas
Bella geret tenebras, incerto debilis arcu,
Nec franget nando uiolenti uorticis amnem,
Nec tota in pugna perfuſus ſanguine membra
Exiget æſtiuum calido ſub puluere ſolem.
Non aries illis, non ulla eſt machina belli,
Haud foſſas implere ualent. Parthoq; ſequente
Murus erit, quodcunq; poteſt obſtare ſagittæ.
Pugna leuis, bellumq; fugax, turmæq; ſuadentes,
Et melior ceßiſſe loco, quàm pellere miles.
Illita tela dolis, nec Martem cominus unquam
Auſa pati uirtus, ſed longè tendere neruos,
Et quò ferre uelint permittere uulnera uentis.
Enſis habet uires, & gens quæcunq; uirorum eſt
Bella gerit gladijs, nam Medos prælia prima
Exarmant, uacuæq; iubent remeare pharetræ.
Nulla manus illis fiducia, tota ueneni eſt

Tigris fluuius, tigris animal.

Parthi permittunt uulnera uentis, quia ſagittas emittãt quæ uento feruntur. Quẽadmodũ Pompeius uir

Credis

tutem Parthorum prius extulit, ita nunc Lentulus cõtinuo deprimit

Credis Magne uiros, quos in discrimina belli
Cum ferro uenisse parum est? tentare pudendum
Auxilium tanti est, toto diuisus ut orbe
A terra moriare tua? tibi barbara tellus
Incumbat, te parua tegant, ac uilia busta?
Inuidiosa tamen, Crasso quærente sepulchrum.
Sed tua fors melior, quoniam mors ultima pœna est,
Non metuenda uiris: at non Cornelia letum
Infando sub rege timet. num barbara nobis
Est ignota Venus? quæ ritu cæca ferarum
Polluit innumeris leges, & fœdera tædæ
Coniugibus, thalamiq; patent secreta nefandi.
Inter mille nurus epulis uesana, meroq;
Regio, non ullis exceptos legibus audet
Concubitus, tot fœmineis complexibus unum
Non laxat nox tota marem, iacuere sorores
In fratrum thalamis, sacrataq; pignora matrum.
Damnat apud gentes sceleris non sponte peracti
Oedipodionias infelix fabula Thebas.
Parthorum dominus quoties sic sanguine mixto
Nascitur Arsacides, cui fas implere parentem,
Quid rear esse nefas? proles tam clara Metelli
Stabit Barbarico coniux millesima lecto?
Quanquam non illi plus regia Magne uacabit
Sæuitia stimulata Venus, titulisq; uirorum.
Nam quò plura iuuent Parthum portenta, fuisse

Indignum esse air Cornelia Pompeij coniugem ex claro Metelli genere profectam inter meretriculas regias cõnumerari.

Hanc

Hanc sciet & Crassi, ceu pridem debita fatis
Assyrijs, trahitur cladis captiua uetustæ.
Hæret Eoæ uulnus miserabile sortis,
Non solum auxilium funesto à rege petisse,
Sed gessisse prius bellum ciuile pudebit.
Nam quod apud populos crimen, socerique, tuumque
Maius erit? quàm quòd uobis miscentibus arma
Crassorum uindicta perit? incurrere cuncti
Debuerant in Bactra duces, & ne qua uacarent?
Arma, uel Arctoum Dacis, Rhenique cateruis
Imperij nudare latus, dum perfida Susis
In tumulos prolapsa ducum, Babylonque iaceret.
Assyriæ paci finem fortuna precamur,
Et si Thessaliæ bellum ciuile peractum est,
Ad Parthos qui uicit, eat gens unica mundi est
De qua Cæsareis possim gaudere triumphis.
Non tibi, cùm primùm gelidum transibis Araxem,
Vmbra senis mœsti Scythicis confixa sagittis,
Ingerat has uoces? Tu quem post funera nostra
Vltorem cinerum nudæ sperauimus umbræ,
Ad fœdus, pacemque uenis? tunc plurima cladis
Occurrent monimenta tibi, quæ mœnia trunci
Lustrarunt ceruice duces, ubi nomina tanta
Obruit Euphrates, & nostra cadauera Tigris
Detulit in terras, ac reddidit: ire per ista
Si potes, in media socerum quoque Magne sedentem

Thessalia

Post uariã detestationẽ Parthorum docet Lentulus potius bellum quã fœdus optandum cum Parthis.

Crassum significat. Crassi umbrã de Pompeio cõquerentem inducit.

Thessalia placare potes quin respicis orbem
Romanum? si regna times proiecta sub Austro.
Pompeio consilium dat. Infidumq; Iubam? petimus Pharon, aruaq; Lagi.
Syrtibus hinc Libycis tuta est Aegyptus, at inde
Nilus septem geminus. Gurgite septeno rapidus mare summouet amnis,
Terra suis contenta bonis, non indiga mercis
Aut Iouis, in solo tanta est fiducia Nilo.
Sceptra puer Ptolemæus habet tibi debita Magne,
Tutelæ commissa tuæ: quis nominis umbram
Horreat? innocua est ætas, nec iura, fidemq;,
Respectumq; deum ueteris speraueris aulæ,
Nil pudet assuetos sceptris, mitissima sors est
Pompeius Lentuli oratione persuasus à Cilicia in Cyprum nauigat insulam Veneri sacram. Regnorum sub rege nouo. non plura locutus
Impulit huc animos quantum spes ultima rerum
Libertatis habes: uicta est sententia Magni.
Tunc Cilicum liquêre solum, Cyproq; citatas
Immisere rates, nullas cui prætulit aras
Vnde diua memor Paphiæ, si numina nasci
Credimus, aut quenquam fas est cœpisse deorum.
Hæc ubi deseruit Pompeius littora, totos
Emensus Cypri scopulos, quibus exit in Austrum,
Inde maris uasti transuerso uertitur æstu,
Nec tenuit Casium nocturno lumine montem,
Infimaq; Aegyptij pugnaci littora uelo
Pelusium unũ ex septem Nili ostijs. Vix tetigit, qua diuidui pars maxima Nili
In uada decurrit Pelusia septimus amnis.

Tem-

Tempus erat quo libra pares examinat horas,
Non una plus æqua die, noctiq; rependit
Lux minor hybernæ uerni solatia damni,
Comperit ut regem Casio se monte tenere,
Flectit iter, nec Phœbus adhuc, nec carbasa languent
Iam rapido speculator eques per littora cursu
Hospitis aduentu pauidam compleuerat aulam.
Consilij uix tempus erat, tamen omnia monstra
Pellææ coire domus, quos inter Achoreus
Iam placidus senio, fractisq; modestior annis
(Hunc genuit custos Nili crescentis in arua
Memphis, uana sacris illo cultore Deorum
Lustra suæ Phœbes non unus uixerat Apis)
Consilij uox prima fuit, meritumq;, fidemq;,
Sacraq; defuncti iactauit pignora patris.
Sed melior suadere malis, & nosse tyrannos
Ausus Pompeium leto damnasse Photinus:
Ius, & fas multos faciunt Ptolemææ nocentes,
Dat pœnas laudata fides, quum sustinet inquit
Quos fortuna premit, fatis accede deisq;,
Et cole felices, miseros fuge, sydera terra
Vt distant, & flamma mari, sic utile recto:
Sceptrorum uis tota perit, si prendere iusta
Incipit, euertitq; arces respectus honesti.
Libertas scelerum est, quæ regna inuisa tuetur,
Sublatusq; modus gladijs, facere omnia sæuè

Chronographia per q̃ autūnale describit æquinoctium, quo tēpore appropinquauit Pōpe. Aegypto. Nūciatur Ptolemæo Pompeij aduentus, & ab eo sapiētes consuluntur. Achoreus senex. q̃primus sententiam dicit.

Photinus Ptolemæi Eunuchus & regij xris custos hac oratione interimendū Pompe. omni utilitate honestate q; postha bita suader.

Attēde Photini flagitiosi uiri consilium.

Non impunè licet, nisi quum facis, exeat aula
Qui uult esse pius, uirtus & summa potestas
Non coëunt, semper metuet, quem sæua pudebunt.
Non impunè tuos Magnus contempserit annos,
Qui te nec uictos arcere à littore nostro
Posse putat: neu te sceptris priuauerit hospes,
Pignora sunt propiora tibi, Niloq́; Pharoq́;:
Si regnare piget, damnatæ redde sorori.
Aegyptum certe Latijs tueamur ab armis,
Quicquid non fuerit Magni, dum bella geruntur,
Nec uictoris erit: toto iam pulsus ab orbe,
Postquam nulla manet rerum fiducia, quærit
Cum qua gente cadat, rapitur ciuilibus armis,
Nec soceri tantùm arma fugit, fugit ora Senatus,
Cuius Thessalicas saturat pars magna uolucres,
Et metuit gentes, quas uno sanguine mixtas
Deseruit, regesq́; timet, quorum omnia mersit,
Thessaliæq́; reus nulla tellure receptus
Sollicitat nostrum, quem nondum perdidit, orbem,
Iustior in Magnum nobis Ptolemææ querelæ
Causa data est. quid sepositam, semperq́; quietam
Crimine bellorum maculas Pharon, aruaq́; nostra
Victori suspecta facis? cur sola cadenti
Hæc placuit tellus, in quam Pharsalica fata
Conferres, pœnasq́; tuas? iam crimen habemus
Purgandum gladio, quòd nobis sceptra senatus

Dicit Thessalicas, quia Cæsar cæsos sepultura prohibuit.

Pharsalica fata dicũtur calamitates, quas in Pharsalia passus est Pompeius.

Te

Te ſuadente dedit, uotis tua fouimus arma,
Hoc ferrum, quod fata iubent, proferre parauì
Non tibi, ſed uicto, feriam tua uiſcera Magne:
Malueram ſoceri rapimur quo cuncta ferunt.
Te ne mihi dubitas an ſit uiolare neceſſe,
Cum liceat? quæ te noſtri fiducia regni
Huc agit infelix? populum non cernis inermem,
Aruaq; uix refugo ſodientem mollia Nilo?
Metiri ſua regna decet, uiresq; fateri.
Tu Ptolemæe potes Magni fulcire ruinam,
Sub qua Roma iacet? buſtum, cineresq; mouere
Theſſalicos audes? bellumq; in regna uocare?
Ante aciem Emathiam nullis acceßimus armis,
Pompeij nunc caſtra placent, quæ deſerit orbis?
Nunc uictoris opes, & cognita fata laceßis?
Aduerſis non deeſſe decet, ſed læta ſecutos,
Nulla fides unquam miſeros elegit amicos.
Aſſenſere omnes ſceleri. lætatur honore
Rex puer inſueto, quòd iam ſibi tanta licere
Permittant famuli: ſceleri delectus Achillas.
Perfida quà tellus Caſijs excurrit arenis,
Et uada teſtantur iunctas Aegyptia Syrtes,
Exiguam ſocijs monſtri, gladijſq; carinam
Inſtruit. ô ſuperi, Nilus ne, & barbara Memphis,
Et Peluſiaci tam mollis turba Canopi

Parœmia, prudētis quippe eſt & ſuā potētiam & propriās uires metiri.

Argumentatē à maiori cum inſultatione, qua oſtendit Pompeij partes in aduerſis nō eſſe tutandas quem in proſpera felicioq; fortuna non ſunt inſecuti. Achillas quō dā Ptolemæi pedagogus nūc præeſt exercitui.

Hos animos? sic fata premunt ciuilia mundum?
Sic Romana iacent? ullus'ne in cladibus istis
Est locus Aegypto? Phariusq; admittitur ensis?
Hanc certè seruate fidem ciuilia bella,
Cognatas præstate manus, externaq; monstra
Pellite. si meruit tam claro nomine Magnus
Ptolemæum inſimulat. Cæsaris esse nefas, tanti Ptolemæe ruinam
Nominis aut metuis? cœloq; tonante profanas
Inseruisse manus impure ac semiuir audes?
Non domitor mundi, nec ter Capitolia curru
Inuectus, regumq; potens, uindexq; Senatus,
Victorisq; gener, Pharios satis esse tyranno
Tyrannus in malã partem sumitur. Quod poterat, Romanus erat. quid uiscera nostra
Scrutaris gladio? nescis puer improbe, nescis
Quo tua sit fortuna loco, iam iure sine ullo
Nili sceptra tenes, cecidit ciuilibus armis
Qui tibi regna dedit. Iam uento uela negarat.
Ad Pompeium redit, quem q; Ptolemæo ue nerant, prodi derunt. Magnus, & auxilio remorum infanda petebat
Littora, quem contrà non longa uecta biremi
Appulerat scelerata manus, Magnoq; patere
Fingens regna Phari, celsæ de puppe carinæ
In paruam iubet ire ratem, littusq; malignum
Incusat, bimaremq; uadis frangentibus æstum,
Leges fatorũ dicuntur, quę falli nõ possũt Qui uetat externas terris aduertere classes.
Quod nisi fatorum leges, intentaq; iussu

Ordinis

Ordinis æterni miseræ uicinia mortis,
Damnatum leto traherent, ad littora Magnum,
Non ulli comitum sceleris præsagia deerant:
Quippe fides si pura foret, si regia Magno
Sceptrorum authori uera pietate pateret,
Venturum tota Pharium cum classe tyrannum.
Sed cessit fatis, classemq; relinquere iussus
Obsequitur, letumq; iuuat præferre timori.
Ibat in hostilem præceps Cornelia puppim,
Hoc magis impatiens egresso deesse marito,
Quòd metuit clades: remane temeraria coniux,
Et tu nate precor, longeq; è littore casus
Expectate meos: sed in hac ceruice tyranni
Explorate fidem dixit: sed surda uetanti
Tendebat geminas amens Cornelia palmas.
Quò sine me crudelis abis? iterum ne relinquor
Thessalicis summota malis? nunquam omine læto
Distrahimur miseri poteras non flectere puppim
Cùm fugeres aliò, latebrisq; relinquere Lesbi,
Omnibus à terris si nos arcere parabas.
An tantùm in fluctus placeo comes? hæc ubi frustra
Effudit, prima pendet tamen anxia puppe,
Attonitosq; metu, nec quoquam auertere uisus,
Nec Magnum spectare potest. stetit anxia classis
Ad ducis euentum metuens non arma, nefasq;,
Sed ne summissis precibus Pompeius adoret

Pompeius ad cõiugem Corneliam.

Cornelia Pompeio.

Nefas quasi non fas.

Sceptrum uirga regalis est.

Sceptra sua donata manu, transire parantem
Romanus Pharia miles de puppe salutat
Septimius, qui, prò superûm pudor, arma satelles
Regia gestabat posito deformia pilo:
Immanis, uiolentus, atrox, nullaq; ferarum
Mitior in cædes. quis non fortuna putasset
Parcere te populus, quòd bello hæc dextra uacasset:
Thessaliaq; procul tam noxia tela fugasses?
Disponis gladios, ne quo non fiat in orbe
Heu facinus ciuile tibi, uictoribus ipsis

Pudor aliquãdo est modestia animum comprimens, ne turpiter agat, aliquãdo uerecundia de re turpiter acta.

Dedecus, & nunquam superûm caritura pudore
Fabula: Romanus Regi sic paruit ensis,
Pælleusq; puer gladio tibi colla recidit
Magne tuo, qua posteritas in sæcula mittet
Septimium famæ scelus hoc quo nomine dicent
Qui Bruti dixere nefas? iam uenerat horæ
Terminus extremæ, Phariamq; ablatus in alnum
Perdiderat iam iura sui, tunc stringere ferrum
Regia monstra parant. ut uidit comminus enses
Inuoluit uultus, atq; indignatus apertum
Fortunæ præbere caput, tunc lumina pressit,
Continuitq; animam, ne quas effundere uoces
Posset, & æternam fletu corrumpere famam.
At postquam mucrone latus funestus Achillas
Perfodit, nullo gemitu consensit ad ictum,
Despexitq; nefas, seruatq; immobile corpus,

Scq;

Secq; probat moriens, atq; hæc in pectore uoluit.
Sæcula Romanos nunquam tacitura labores
Attendunt, æuumq; sequens speculatur ab omni
Orbe ratem, Phariamq; fidem, nunc consule famæ.
Fata tibi longæ fluxerunt prospera uitæ,
Ignorant populi, si non in morte probaris,
An scieris aduersa pati, ne cede pudori,
Authoremq; dolo fati, quacunq; feriris,
Crede manum soceri, spargant, lacerentq;, licebit.
Sum tamen ô superi felix, nulliq; potestas
Hoc auferre deo, mutantur prospera uitæ.
Non sum morte miser, uidet hanc Cornelia cædem,
Pompeiusq; meus, tanto patientius oro
Claude dolor gemitus, natus, coniuxq; peremptum
Si mirantur, amant: talis custodia magno
Mentis erat. ius hoc animi morientis habebat.
At non tam patiens Cornelia cernere sæuum,
Quàm perferre nefas, miserandis æthera complet
Vocibus. O coniux ego te scelerata peremi,
Letiferæ tibi causa moræ fuit auia Lesbos,
Et prior in Nili peruenit littora Cæsar.
Nam cui ius alij sceleris? sed quisquis in istud
A superis immisse caput, uel Cæsaris iræ,
Vel tibi prospiciens, nescis crudelis, ubi ipsa
Viscera sint Magni: properas, atq; ingeris ictus
Quò uotum est uicto, pœnas non morte minores

Secum hæc uolutans Pompeius tacita mentali solatione ad fortitudinem aduersorumq; patientiam cohortatur.

Mens intelligentia est.

Cornelix de obitu Pompeij querimonia. Lesbos insula est.

Pendat,& ante meum uideat caput:haud ego culpa
Libera bellorum, quæ matrum sola per undas,
Et per castra comes,nullis absterrita fatis
Victum,quod reges etiam timuere,recepi.
Hoc merui coniux in tuta puppe relinqui?
Amara interrogatio. Perfide parcebas,te fata extrema petente
Vita digna fui?moriar ne munere regis,
Aut mihi præcipitem nautæ permittite saltum,
Aut laqueum collo,tortosq; aptate rudentes,
Aut aliquis Magno dignus comes exigat ensem,
Pompeio præstare potest,quod Cæsaris armis
Imputet.ô sæui properantem in fata tenetis?
Viuis adhuc coniux,& iam Cornelia non est
Iuris Magne sui?prohibent accersere mortem,
Cornelia uxor Pōpeium alloquitur. Seruor uictori.sic fata,interq; suorum
Lapsa manus,rapitur trepida fugiente carina.
Ad Pōpeium reuertitur,cuius obtruncatum caput solitam uultus oriscq; retinebat dignitatem. At Magnè cùm terga sonent,& pectora ferro,
Permansisse decus sacræ uenerabile formæ,
Iratamq; Deis faciem,nil ultima mortis
Ex habitu,uultuq; uiri mutasse fatentur,
Qui lacerum uidere caput:nam sæuus in ipso
Septimius sceleris maius scelus inuenit actu,
Ac retegit sacros scisso uelamine uultus
Semianimis Magni,spirantiaq; occupat ora,
Collaq; in obliquo ponit languentia transtro,
Tunc neruos,uenasq; secat,nodosaq; frangit

Ossa diu. nondum artis erat caput ense rotare.
At postquam trunco ceruix abscissa recessit,
Vendicat hoc Pharius dextra gestare satelles
Degener, atq; operæ miles Romane secundæ,
Pompeij diro sacrum caput ense recidis,
Vt non ipse feras? ô summi fata pudoris:
Impius ut Magnum nocet puer, illa uerenda
Regibus hirta coma, & generosa fronte decora
Cæsaries compressa manu est, Pharioq; ueruto
Dum uiuunt uultus, atq; os in murmura pulsant
Singultus animæ, cum lumina nuda rigescunt
Suffixum caput est, quò nunquam bella iubente
Pax fuit, hoc leges, campumq;, & rostra mouebat,
Hac facie fortuna tibi Romana placebas.
Nec satis infando fuit hoc uidisse tyranno,
Vult sceleri superesse fidem, tunc arte nefanda
Submota est capiti tabes, raptoq; cerebro
Exiccata cutis, putrisq; effluxit ab alto
Humor, & infuso facies solidata ueneno est.
Vltima Lagææ stirpis, perituraq; proles
Degener, incœstæ sceptris cessure sororis,
Cùm tibi sacrato Macedon seruetur in antro,
Et regum cineres extructo monte quiescant,
Cùm Ptolemæorum manes, seriemq; pudendam
Pyramides claudant, indignaq; Mausolæa,
Littora Pompeium feriunt, truncusq; uadosis

Inuehitur in Ptolemæum, eo quod corporis tanti uiri sepulturam iustam nõ curauerit.

Macedon. l. corpus Macedonis Alexandri.

Mausolæa Mausoli Cariæ regis sepulchrum.

Huc illuc uadatur aquis. adeo ne molesta
Totum cura fuit socero seruare cadauer?
De Pompeio loquitur. Hac fortuna fide Magni tam prospera fata
Pertulit, ac illum summo de culmine rerum
Morte petit, cladesq; omnes exegit in uno
Sæua die, quibus immunes tot præstitit annos,
Pompeiusq; fuit, qui nunquam mixta uideret
Læta malis, felix nullo turbante deorum,
Et nullo parcente miser, semel impulit illum
Dilata fortuna manu, pulsatur arenis,
Carpitur in scopulis, hausto per uulnera fluctu
Ludibrium pelagi, nullaq; manente figura,
Truncum Pompeij cadauer per aquas fluctuabundum. Vna nota est magno capitis iactura reuulsi,
Antè tamen Pharias uictor quàm tangat arenas,
Pompeio raptim tumulum fortuna parauit.
Ne iaceat nullo, uel ne meliore sepulchro,
Codrus Pompeij libertus quondã nunc quæstor Pompeianum cadauer perquirit. Et latebris pauidus decurrit ad æquora codrus,
Quæstor ab Icario Cynirææ littore Cypri,
Infaustus Magni fuerat comes, ille per umbras
Ausus ferre gradum uictum pietate timorem
Compulit, ut medijs quæsitum corpus in undis
Duceret ad terram, traheretq; ad littora Magnum.
Lucis mœsta parum per densas Cynthia nubes
Præbebat, cano sed discolor æquore truncus
Conspicitur, tenet ille ducem complexibus arctis
Eripiente mari, nunc uictus pondere tanto

Expectat

Expectat fluctus, pelagoq; iuuante cadauer
Impellit postquam ficco iam littore sedit,
Incubuit Magno, lachrymasq; effudit in omne
Vulnus, & ad superos, obscuraq; sydera fatur.
Non preciosa petit cumulato thure sepulchra
Pompeius fortuna tuus, non pinguis ad astra
Vt ferat è membris is Eoos fumus odores,
Vt Romana suum gestent pia colla parentem,
Præferat ut ueteres feralis pompa triumphos,
Vt resonent cantu tristi fora, totus ut ignem
Proiectis mœrens exercitus ambiat armis:
Da uilem Magno plebeij funeris arcam,
Quæ lacerum corpus, siccos effundat in igneis:
Robora non desint misero, nec sordibus ustor.
Sit satis ô superi, quòd non Cornelia fuso
Crine iacet, subijciq; facem complexa maritum
Imperat, extremo sed abest à funere busti
Infelix coniux, nec adhuc à littore longe est.
Sic fatus, paruos iuuenis procul aspicit ignes,
Corpus uile suis nullo custode cremantes:
Inde rapit flammas, semiustaq; robora membris
Subducit: Quæcunque es (ait) neglecta, nec ulli
Charatuo: sed Pompeio felicior umbra,
Quòd iam compositum uiolat manus ultima bustum
Da ueniam, si quid sensus post fata relictum est.
Cedis & ipsa rogo paterisq; hæc damna sepulchri?

Codrus expectat fluctus maris, ut facilius duceret cadauer Pompeij.

Codrus ad fortunam apostrophas.

Dicit feralis pompa, nam imagines maiorum semper in pompaet exequijs mortuorum deferebantur gentilia funera, ut scribit Plinius.

Ad Epicureorum opinionem respexit.

Teq;

Teq; pudet sparsis Pompeij manibus uri.
Sic fatur, plenusq; sinus ardente fauilla
Peruolat ad truncum, qui fluctu pene relatus
Littore pendebat: summas dimouit arenas,
Et collecta procul laceræ fragmenta carinæ
Exigua trepidus posuit scrobe. nobile corpus
Robora nulla premunt, nulla strue membra recubunt
Admotus Magnum non subditus accipit ignis.
Ille sedens iuxta flammas: ô maxime dixit
Ductor, & Hesperij maiestas nominis una,
Si tibi iactatu pelagi, si funere nullo
Tristior iste rogus, manes, animamq; potentem
Officijs auerte meis, iniuria fati
Hos fas esse iubet, ne ponti belua quicquam,
Ne fera, ne uolucres, ne sæui Cæsaris ira
Audeat, exiguam quantum potes accipe flammam
Romana succense manu. fortuna recursus
Si det in Hesperiam, non hac in sede quiescent
Tam sacri cineres, sed te Cornelia Magne
Accipiet, nostraq; manu transfundet in urnam.
Interea paruo signemus littora saxo,
Vt nota sit busti, si quis placare peremptum
Fortè uolet, plenos & reddere mortis honores,
Inueniet trunci cineres, & norit arenas
Ad quas Magne tuum referat caput. hæc ubi fatus
Excitat inualidas admoto fomite flammas.

Scrobs fouea est, Perſius, Nec cum ſcrobe loqui.

Oratio Codri ad Pōpeij cadauer, cui euenū ex hoc officio ei iniurius esset, ueniam poscit.

Cōcremat cadauer Pōpeij.

Carpitur,

Carpitur, & lentum Magnus distillat in ignem
Tabe fouens bustum. sed iam percusserat astra
Auroræ præmissa dies: ille ordine rupto
Funeris attonitus latebras in littore quærit.
Quam metuis demens isto pro crimine pœnam,
Quò te fama loquax omnes accepit in annos?
Condita laudabit Magni socer impius ossa.
I modò securus ueniæ, fassusq; sepulchrum
Posce caput. cogit pietas imponere finem
Officio: semiusta rapit, resolutaq; nondum
Ossa satis neruis, & inustis plena medullis
Aequorea restinguit aqua, congestaq; in unum
Parua clausit humo, tunc ne leuis aura retectos
Auferret cineres, saxo compressit arenam:
Nautaq; ne bustum religato fune moueret,
Inscripsit sacrum semiusto stipite nomen,
Hic situs est Magnus. placet hoc fortuna sepulchrum
Dicere Pompeij: quo condi maluit illum
Quàm terra caruisse socer. temeraria dextra
Cur obicis Magno tumulum, manesq; uagantes
Includis? situs est qua terra extrema refuso
Pendet in Oceano Romanum nomen, & omne
Imperium Magno est tumuli modus: obrue saxa
Crimine plena Deûm. si tota est Herculis Oethe.
Et iuga tota uacant Bromio Nysæia: quare
Vnus in Aegypto Magno lapis? omnia Lagi

Imprudentis metus arguit Codrum.

Epitaphium Pompeij qđ usto stipite Codrus insculpsit.

Apostrophe in Codrum.

Rura tenere potest, si nullo cespite nomen
Hæserit. erremus populi, cinerumq; tuorum
Magne metu, nullas Nili calcemus arenas.
Quòd si tam sacro dignaris nomine Saxum,
Adde actus tantos, monimentaq; maxima rerum,
Adde truces Lepidi motus, Alpinaq; bella,
Armaq; Sertorij reuocato consule uicta,
Et currus, quos egit eques, commercia tuta
Gentibus, & pauidos Cilicas maris, adde subactam
Barbariem, gentesq; uagas, & quicquid in Euro
Regnorum, Boreaq; iacet. dic semper ab armis
Ciuilem repetisse togam, ter curribus actis
Contentum patriæ multos donasse triumphos.
Quis capit hæc tumulus: surgit miserabile bustum
Non ullis plenum titulis, non ordine tanto
Fastorum, solitumq; legi super alta deorum
Culmina, & extructos spolijs hostilibus arcus.
Haud procul est ima Pompeij nomen arena
Depressum tumulo, quod non legat aduena rectus,
Quod nisi monstratum Romanus transeat hospes.
Noxia ciuili tellus Aegyptia fato,
Haud equidem immerito Cumanæ carmine uatis
Cautum, ne Nili Pelusia tangeret ora
Hesperius miles, ripasq; æstate tumentes.
Quid tibi sæua precer pro tanto crimine tellus?
Vertat aquas Nilus, quo nascitur orbe, retentus,

Sub umbra detestationis facti ipsius Cordi, qui maiora non potuit ostendit quanto maioribus dignus fuerat Pompeius.

Crimine id est culpa mortis Pompeij.

Et

Et steriles egeant hybernis imbribus agri,
Totáq; in Aethiopum putres soluaris arenas.
Nos in templa tuam Romana accepimus Isin,
Semideosq; canes, & sistra iubentia luctus,
Et quem tu plangens hominem testaris Osirim:
Tu nostros Aegypte tenes in puluere manes.
Tu quoq; cùm sæuo dederis iam templa tyranno,
Nondum Pompeij cineres ô Roma petisti,
Exul adhuc iaces umbra ducis: si sæcula prima
Victoris timuere minas, nunc accipe saltem
Ossa tui Magni, si nondum subruta fluctu
† Inuisa tellure sedent: quis busta timebit?
Quis sacris dignam mouisse uerebitur * umbram?
Imperet hoc nobis utinam scelus, & uelit uti
Nostro Roma sinu, satis ô nimiumq; beatus,
Si mihi contingat manes transferre reuulsos
Ausoniam si tale ducis uiolare sepulchrum.
Forsitan aut sulco sterili cum poscere finem
A superis, aut Roma uolet fer alibus austris,
Ignibus aut nimijs, aut terræ tecta mouenti
Consilio, iussuq; deûm transibis in urbem
Magne tuam, summusq; feret tua busta sacerdos.
Nam quis ad exustam cancro torrente Syenen
Ibit? & imbrifera siccas sub Pleiade Thebas
Spectator Nilig quis rubri stagna profundi,
Aut Arabum portus, mercis mutator Eoæ

Magne

Isis Aegyptiorum regina, & dea Osiris.

Romam allo quitur, quæ Cæsari tyranno templa dicauit, & Pompeio pro eius libertate tuenda mortuo sepulchrum nõ constructit.

† aliàs, inuersa.

* aliàs, urnam

Magne petet? quem non tumuli uenerabile ſaxum,
Et cinis in ſummis forſan turbatus arenis
Auertet? manesq; tuos placare licebit,
Et Caſio præferre Ioui. nil iſta nocebunt
Famæ buſta tuæ: templis, auroq; ſepultus
Vilior umbra fores: nunc es pro numine ſummo
Hoc tumulo fortuna iacens: anguſtius aris
Victoris Lybico pulſatur in æquore ſaxum.
Tarpeijs, qui ſæpe deis ſua thura negarant,
Incluſum Thuſco uenerantur ceſpite fulmen.
Proderit hoc olim, quòd non manſura ſepulchri
Ardua marmoreo ſurrexit pondere moles.
Pulueris exigui ſparget non longa uetuſtas
Congeriem, buſtumq;, cadet, mortiſq; peribunt
Argumenta tuæ: ueniet felicior ætas,
Qua ſit nulla fides ſaxum monſtrantibus illud,
Atq; erit Aegyptus populis fortaſſe nepotum
Tam mendax Magni tumulo, quàm Creta tonanti.

Conſolatur à futuro cõmodo, in q̃d præſens malum cõmutabitur.

Libri octaui finis.

M. AN-

M. ANNEI LVCANI
PHARSALIAE
LIBER IX.

SVLPITII ARGVMENTVM.

Spiritus in nono Magni petit æthera, pugnæ
Reliquiasq; Cato Lybiæ transportat in oras.
Et cum Pompeijs Magnum Cornelia luget,
Quem Cato commendans Cilices castigat, & inde
Per Syrtes agitur: Lybicas quoq; calcat arenas,
Hammonemq; tuens, serpentum senta peragrat.
Dux & ab Emathia Troianam uectus in urbem
It Pharon, & generi lachrymans pia conspicit ora.

AT non in Pharia manes iacuere fauilla, Anima Pompeij ad cœlũ transcendit, ibiq; delicias.
Nec cinis exiguus tãtam compescuit umbram,
Prosiluit busto, semiustaq; mẽbra relinquens,
Degeneremq; rogum, sequitur conuexa tonantis
Quà niger astriferis connectitur † axibus aër, * alij abſidas & ſunt extremę partes, ſiue orbiũ circunferentiæ.
Quodq; patet terras inter, lunæq; meatus
Semidei manes habitant, quos ignea uirtus

Innocuos uita patientes ætheris imi
Fecit, & æternos animam collegit in orbes,
Non illuc auro positi, nec thure sepulti
Perueniunt illic postquàm se lumine uero
Impleuit, stellasq; uagas miratur, & astra
Fixa polis, uidit quanta sub nocte iaceret
Nostra dies, risitq; sui ludibria trunci.
Pompeij anima terras è cœlo contemplatur.
Hinc super Emathiæ campos, & signa cruenti
Cæsaris, ac sparsas uolitauit in æquore classes,
Et scelerum uindex in sancto pectore Bruti
Sedit, & inuicti posuit se mente Catonis.
Ille, ubi pendebant casus, dubiumq; manebat
Quem mundi dominum facerent ciuilia bella,
Oderat & Magnum. quamuis comes isset in arma
Auspicijs raptus patriæ, ductuq; Senatus.
At post Thessalicas clades iam pectore toto
Pompeianus erat, patriam tutore carentem
Excipit, & populi trepidantia membra refouit.
Ignauis manibus proiectos reddidit enses,
Nec regnum cupiens gessit ciuilia bella,
Nec seruire timens, nil causa fecit in armis
Ipse sua, totæ post Magni funera partes
Libertatis erant, quas ne per littora fusas
Colligeret rapido uictoria Cæsaris actu,
Corcyræ secreta petit, ac mille carinis
Abstulit Emathiæ secum fragmenta ruinæ.

Quis

Quis ratibus tantis fugientia crederet ire
Agmina? quis pelagus uictas arctasse carinas?
Dorida tunc Malean, & apertam Tænaron umbris, Tænarus mõs Laconiæ.
Inde Cythera petit, Boreaq; urgente carinas
Creta fugit, Dictæa legit cedentibus undis Dictæus mõs Cretæ.
Littora, tunc ausum classi præcludere portus
Impulit, ac sæuas meritum Phycunta rapinas Phycus oppidum & promontorium.
Sparsit, & hinc placidis alto delabitur auris
In littus Palinure tuum, neq; enim æquore tantùm
Ausonio monimenta tenes, portusq; quietos
Testatur Lybiæ Phrygio placuisse magistro.
Quum procul ex alto tendentes uela carinæ Prospecta naui qua Cornelia Sextusq; uehebantur, perterritus est Cato ueritus ne Cæsaris esset.
Ancipites tenuere animos, socios'ne malorum
An ueherent hostes: præceps facit omne timendum
Victor, & in nulla non creditur esse carina.
Ast illæ puppes luctus, planctusq; ferebant,
Et mala uel duri lachrymas motura Catonis.
Nam postquam frustra precibus Cornelia nautas,
Priuigniq; fugam tenuit, ne forte repulsus
Littoribus Pharijs remearet in æquora truncus,
Ostenditq; rogum non iusti flamma sepulchri:
Ergo indigna fui (dixit) fortuna marito
Accendisse rogum, gelidosq; effusa per artus
Incubuisse uiro? lacerosq; exurere crines? Mos erat crinem cum ulium in funere in rogo comburere.
Membraq; dispersi pelago componere Magni?
Vulneribus cunctis largos infundere fletus

Ossibus? & tepida uestes implere fauilla,
Quicquid ab extincto licuisset tollere busto,
In templis sparsura Deûm? sine funeris ullo
Ardet honore rogus: manus hoc Aegyptia forsan
Obtulit officium graue manibus. ô bene nudi
Crassorum cineres, Pompeio contigit ignis
Inuidia maiore Deûm: similis'ne malorum
Sors mihi semper erit? nunquam dare busta licebit
Coniugibus? nunquam plenas plangemus ad urnas.
Quid porrò tumulis opus est? aut ulla requiris
Instrumenta dolor? non toto pectore portas
Impia Pompeium? non imis hæret imago
Visceribus? quærat cineres uictura superstes.
Nunc tamen hic, longè qui fulget luce maligna
Ignis, adhuc aliquid pharios de littore surgens
Ostendit mihi Magne tui: iam flamma resedit,
Pompeiumq; ferens uanescit solis ad ortus
Fumus, & inuisi tendunt mihi carbasa uenti.
Non mihi nunc tellus Pompeio si qua triumphos
Victa dedit, non alta terens Capitolia currus
Gratior: elapsus felix de pectore Magnus,
Hunc uolumus, quem Nilus habet, terræq; nocenti
Non hærere queror: crimen commendat arenas,
Linquere si qua fides Pelusia littora nolo.
Tu pete bellorum casus, & signa per orbem
Sexte paterna moue, nanq; hæc mandata reliquit

Prosequitur querela Corneliæ & congressum Magni Pompeij cum Sexto fratre.

Cornelia cohortat Sextū Pōpeij filium

Pom-

Pompeius uobis in nostra condita cura. ad bella Pompeij mandato instauranda. Pōpeij uerba.
Me quum fatalis leto damnauerit hora,
Excipite. ô nati bellum ciuile, nec unquam
Dum terris aliquis nostra de stirpe manebit
Cæsaribus regnare uacet, uel sceptra, uel urbes Sceptra pro regibus accipiuntur.
Libertate sua ualidas impellite fama
Nominis has uobis partes, hæc arma relinquo,
Inueniet classes quisquis Pompeius in undas
Venerit, & noster nullis non gentibus hæres
Bella dabit, tantùm indomitos, memoresq; paterni
Iuris habete animos: uni parere decebit,
Si faciet partes pro libertate, Catoni.
Exclui tibi Magne fidem, mandata peregi. Se Pompeio promissa seruasse memorat Cornelia.
Insidiæ ualuere tuæ, deceptaq; uixi,
Ne mihi commissas auferrem perfide uoces.
Iam nunc te per inane chaos, per tartara coniux,
Si sunt ulla sequar: quàm longo tradita leto
Incertum est, pœnas, animæ uiuacis ab ipsa
Antè feram, potui cernens tua uulnera Magne
Non fugere in mortem: planctu concussa peribit,
Effluet in lachrymas, nunquam ueniemus ad enses
Aut laqueos, aut præcipites per inania iactus.
Turpe mori post te solo non posse dolore.
Sic ubi fata, caput ferali obduxit amictu, De Cornelia, quæ uelauit caput ueste atra.
Decreuitq; pati tenebras, puppisq; cauernis
Delituit, sæuumq; arcte compressa dolorem

Perfruitur lachrymis, & amat pro coniuge luctum.
Illam non fluctus, stridensq; rudentibus Eurus
Mouit, & exurgens ad summa pericula clamor,
Votaq; sollicitis faciens contraria nautis
Composita in mortem iacuit, fauitq; procellis,
Prima ratem Cypros spumantibus accipit undis,
Inde tenens pelagus, sed iam moderatior Eurus
In Lybicas egit sedes, & castra Catonis.
Tristis (ut in multo mens est præsaga timore)
Aspexit patrios comites à littore Magnus,
Et fratrem, medias præceps tunc fertur in undas:
Dic ubi sit germane parens? stat summa, caputq;
Orbis: an occidimus? Romanaq; Magnus ad umbras
Abstulit? hæc fatur: quem contrà talia frater.
O felix quem sors aliàs dispersit in oras,
Quiq; nefas audis, oculos germane nocentes
Spectato genitore fero: non Cæsaris armis
Occubuit, dignoq; perit authore ruinæ:
Rege sub impuro Nilotica rura tenente
Hospitij fretus superis, & munere tanto
In proauos, cecidit donati uictima regni.
Vidi ego magnanimi lacerantes pectora patris,
Nec credens Pharium tantùm potuisse tyrannum,
Littore Niliaco socerum iam stare putaui.
Sed me nec sanguis, nec tantùm uulnera nostri
Affecere senis, quantum gestata per urbem

Magnus Cnei Pompeij filius, qui cū Catone erat, præcipitis de littore comitibus primus malū prę fugire cœpit.

Percontanti fratri respondet Sextus. Perit pro perijt syncopa.

Sextus dicit se nō tantūmmodo patris sed fratris ui

Ora

Ora ducis, quæ transfixo sublimia pilo
Vidimus, hæc fama est oculis victoris iniqui
Seruari, sceleris q; fidem quæsisse tyrannum.
Nam corpus Phariæne canes, auidæq; uolucres
Distulerint, an furtiuus, quem uidimus, ignis
Soluerit, ignoro: quæcunq; iniuria fati
Abstulit hos artus, superis hæc crimina dono,
Seruata de parte queror. quum talia Magnus
Audisset, non in gemitus, lachrymasq; dolorem
Effudit, iustaq; furens pietate profatur:
Præcipitare rates è sicco littore nautæ,
Classis in aduersos erumpat remige uentos,
Ite duces mecum, nunquam ciuilibus armis
Tanta fuit merces, inhumatos condere manes,
Sanguine semiuiri Magnum satiare tyranni.
Non ego Pellæas arces, adytisq; retectum
Corpus Alexandri pigra Mareotide mergam?
Non mihi pyramidum tumulis euulsas Amasis,
Atq; alij reges Nilo torrente natabunt?
Omnia dent pœnas, nudo tibi Magne sepulchra
Euoluam busto, iam numen gentibus Isin,
Et tectum lino spargam per uulgus Osirin,
Et sacer in magni cineres mactabitur Apis,
Suppositisq; Deis uram caput, has mihi pœnas
Terra dabit, linquam uacuos cultoribus agros,
Nec Nilus cui crescat, erit, solusq; tenebis

fa morte patris, quã ad eius caput gestabatur fixũ uertice.

Audita patris morte iubet Magnus præcipiti nautigio in Aegyptum transfretare.

Mareotis Aegyptia palus. Amasis Aegyptiorum Rex.

Isis & Osiris Aegyptiorum numina.

Aegyptum populis genitor, superisq; fugatis.
Dixerat, & classem sæuas rapiebat in undas.
Sed Cato laudatam iuuenis compescuit iram.
Interea totis audito funere Magni
Littoribus sonuit percussus planctibus Aether,
Exemploq; carens, & nulli cognitus æuo
Luctus erat, mortem populos deflere potentis.
Sed magis, ut uisa est lachrymis exhausta, solutas
In uultus effusa comas Cornelia puppe
Egrediens, rursus geminato uerbere plangunt.
Vt primùm in sociæ peruenit littora terræ,
Collegit uestes, miserisq; insignia Magni,
Armaq;, & impressas auro, quas gesserat olim
Exuuias, pictasq; togas, uelamina summo
Ter conspecta Ioui, funestoq; intulit igni.
Ille fuit miseræ Magni cinis, accipit omnis
Exemplum pietas, & toto littore busta
Surgunt Thessalicis reddentia manibus ignem
Sic ubi depastis summittere gramina campis
Et renouare parans hybernas Appulus herbas,
Igne fouet terras, simul & Garganus, & arua
Vulturis, & calidi lucent Buxeta Matini.
Non tamen ad Magni peruenit gratiùs umbram
Omne quòd in superos audet conuitia uulgus,
Pompeiumq; Deis obijcit, quàm pauca Catonis
Verba, sed à pleno uenientia pectore ueri.

Omnes de Pō perijmorte col lugent, uisa autem Cornelia omnium luctus cumulatus est.

Facit cœnotaphium Corneliæ Pomp. quā alij omnes in sequuntur.

Garganus et Vultur Appulię sunt mōtes licet quidam Vulturem fluuium esse dicant q & Vulturus nuncupatur.

Ciuis

Ciuis obis (inquit) multo maioribus impar
Nosse modum iuris, sed in hoc tamen utilis æuo,
Cui non ulla fuit iusti reuerentia, salua
Libertate potens, & solus plebe parata
Priuatus seruire sibi, rectorq; Senatus,
Sed regnantis erat, nil belli iure popoſcit,
Quæq; dari uoluit, uoluit sibi posse negari.
Immodicas possedit opes, sed plura retentis
Intulit, iuuasit ferrum, sed ponere norat,
Prætulit arma togæ, sed pacem armatus amauit,
Iuuit sumpta ducem, iuuit dimissa potestas.
Casta domus, luxuq; carens, corruptaq; nunquam
Fortuna domini, clarum & uenerabile nomen
Gentibus, & multum nostræ quod proderat urbi.
Olim uera fides Sylla, Marioq; receptis
Libertatis obit, Pompeio rebus adempto
Nunc & ficta perit, non iam regnare pudebit,
Nec color imperij, nec frons erit ulla senatus.
O felix cui summa dies fuit obuia uicto,
Et cui quærendos Pharion scelus obtulit enses,
Forsitan in soceri potuisset uiuere regno.
Scire mori, sors prima uiris, sed proxima cogi.
Et mihi si fatis aliena in iura uenimus,
Da talem fortuna Iubam, non deprecor hosti
Seruari, dum me seruet ceruice recisa.
Vocibus his maior, quàm si Romana sonarent

Prosequitur Catoreliquas laudes Pompeij.

Altera pars orationis consolationem præmissa laudatione continens.

Rostra ducis laudes, generosam uenit ad umbram
Mortis honos. fremit interea discordia uulgi,
Tarchon dux Cilicum. Castrorum, belliq; piget post funera Magni.
Cùm Tarchon motus linquendi signa Catonis
Sustulit, hunc rapta fugientem classe secutus
Littus in extremum tali Cato uoce notauit:
Tarchontem notat Cato. O nunquam pacate Cilix, iterum ne rapinas
Tendis in æquoreas? Magnum fortuna remouit
Iam pelago, pyrata redis: tum respicit omnes
In cœtu, motuq; uiros: quorum unus aperta
Vnus ex multitudine p cæteris Catonẽ alloquitur. Mente fugæ tali compellat uoce regentem.
Nos Cato, da ueniam, Pompeij duxit in arma
Non belli ciuilis amor, partesq; fauore
Fecimus: ille iacet quem paci prætulit orbis,
Causaq; nostra perit: patrios permitte penates,
Desertamq; domum, duces reuisere natos.
Nam quis eris finis, si nec Pharsalia pugnæ,
Nec Pompeius erit? perierunt tempora uitæ.
Debemur morti, nostra quę. Horat. Mors eat in tutum, iustas sibi nostra senectus
Prospiciat flammas: bellum ciuile sepulchra
Vix ducibus præstare potest. non barbara uictos
Regna manent, non Armenium mihi sæua minatur,
Aut Scythicum fortuna iugum, sub iura togati
Ciuis eo, quisquis Magno uiuente secundus
Hic mihi primus erit, sacris præstabitur umbris
Summus honor: dominum, quem clades cogit, habebo.

Nullum

Nullum Magne ducem, te solum in bella secutus,
Post te fata sequar: neq; enim sperare secunda
Fas mihi, nec liceat: fortuna cuncta tenentur
Cæsaris, Emathium sparsit victoria ferrum,
Clausa fides miseris, & toto solus in orbe est,
Qui uelit, ac possit victis præstare salutem.
Pompeio scelus est bellum ciuile perempto,
Quo fuerat uiuente fides. si publica iura,
Si semper patriam sequeris Cato, signa petamus
Romanus quæ consul habet. sic ille profatus
Insiluit puppi iuuenum comitante tumultu.
Actum Romanis fuerat de rebus, & omnis
Indiga seruitij feruebat littore plebes.
Erupêre ducis sacro de pectore uoces.
Ergo pari uoto gessisti bella iuuentus,
Tu quoq; pro dominis, & Pompeiana fuisti,
Non Romana manus? quòd non in regna laboras,
Quòd tibi non ducibus uiuis, moriensq; quòd orbem
Acquiris nulli, quòd iam tibi uincere tutum est,
Bella fugis, quærisq; iugum ceruice uacante,
Et nescis sine rege pati, nunc causa pericli
Digna uiris, uestro potuit Pompeius abuti
Sanguine, nunc patriæ iugulos, ensesq; negatis,
Quum prope libertas? unum fortuna reliquit
Iam tribus è dominis (pudeat) plus regia Nili
Contulit in leges, & Parthi militis arcus.

Obiurgatiua in turbã Catonis oratio acrimoniæ plena.

Ite

Cum cõtemptu inclamans eos acerbius insectatur.

Ite ô degeneres Ptolemæi munus, & arma
Spernite, quis ueſtras ulla putet eſſe nocentes
Cede manus? credet faciles ſibi terga dediſſe,
Credet ab Emathijs primos fugiſſe Philippis.
Vadite ſecuri, meruiſtis iudice uitam
Cæſare, non armis, non obſidione ſubacti.
O famuli turpes, domini poſt fata prioris
Itis ad hæredem, cur non maiora mereri,
Quàm uitam, ueniamq; libet? rapiatur in undas
Infelix Magni coniux, proleſq; Metelli,
Ducite Pompeios, Ptolemæi uincite munus.
Noſtra quoq; inuiſo quiſquis feret ora tyranno,
Non parua mercede dabit, ſciet iſta iuuentus
Ceruicis precio bene ſe mea ſigna ſecutam.
Quin agite, & Magna meritum cum cæde parate,
Ignauum ſcelus eſt tantùm fuga, dixit, & omnes

Aptiſſima cõparatio ex apibus ſumpta

Haud aliter medio reuocauit ab æquore puppes,
Quàm ſimul effœtas linquunt examina cæras,
Atq; oblita faui non miſcent nexibus alas,
Sed ſibi quæq; uolat, nec iam deguſtat amarum
Deſidioſa thymum? Phrygij ſonus increpat æris,
Attonitæ poſuere fugam, ſtudiumq; laboris
Florigeri repetunt, & ſacri mellis amorem,
Gaudet in hyblæo ſecurus gramine paſtor
Diuitias ſeruaſſe caſæ: ſic uoce Catonis
Inculcata uiris iuſti patientia Martis.

Iamq;

Iamq; actu belli non doctas ferre quietem
Constituit mentes, serieq; agitare laborum.
Primum littoreis miles laxatur arenis,
Proximum in muros, & mœnia Cyrenarum
Est labor, exclusus nulla se iudicat ira,
Pœnaq; deuictis sola est uicisse Catonem.
Inde peti placuit Lybicis contermina Mauris
Regna Iubæ, sed inter medijs natura uetabat
Syrtibus, has audax sperat sibi cedere uirtus.
Syrtes uel primam mundo natura figuram
Cùm daret, in dubio pelagi, terræq; reliquit:
Nam neq; subsedit penitus, quo stagna profundi
Acciperet, nec se defendit ab æquore tellus,
Ambigua sed lege loci iacet inuia sedes,
Aequora fracta uadis, abruptaq; terra profundo,
Et post multa sonant proiecti littora fluctus:
Sic mala deseruit, nullosq; exegit in usus
Hanc partem natura sui, uel plenior alto
Olim Syrtis erat pelago, penitusq; natabat,
Sed rapidus Titan ponto sua lumina pascens
Aequora subduxit zonæ uicina peruſtæ.
Et nunc pontus adhuc Phœbo siccante repugnat,
Mox ubi damnosum radios admouerit æuum
Tellus Syrtis erit, nam iam breuis unda superne
Innatat, & late periturum deficit æquor.
Vt primùm remis aptum mare propulit omne

Vbi mutatos militum animos percepit Cato, eos iussit exerceri, ne ocio torpentes de fuga cogitarent.

Constituit Cato Iubam regem petere, ut ab eo exercitum acciperet.

Naturæ Syrtium descriptio per digressionem.

Classis

Perdigressum inquit, multes tempestates passos fuisse.

Classis onus, densis fremuit niger imbribus Auster
In sua regna furens, tentatum classibus æquor
Turbine defendit, longeq; à Syrtibus undas
Egit, & illato confregit littore pontum.
Tum quarum recto deprendit carbasa malo
Eripuit nautis, frustraq; rudentibus ausis
Vela negare noto, spacium uicere carinæ,
Atq; ultra proram tumuit sinus: omnia si quis

Antennæ ligna transuersa in malo ubi pendent uela.

Prouidus antennæ suffixit lintea summæ
Vincitur, & nudis auertitur armamentis,
Sors melior classi quæ fluctibus incidit altis,
Et certò iactata mari: quæcunq; leuatæ
Arboribus cæsis flatum effudere frementem,
Abstulit has uentis liber contraria uoluens
Aestus, & obnixum uictor detrusit in Austrum.
Has uada destituunt, atq; interrupta profundo
Terra ferit puppes, dubioq; obnoxia fato
Pars sedet una ratis, pars altera pendet in undis.
Tunc magis impactum breuius mare, terraq; sæpe
Obuia consurgens, quamuis elisus ab Austro,
Sæpe tamen cumulos fluctus non uicit arenæ.

Locum describit in quē appulerunt classes.

Eminet in tergo pelagi, procul omnibus aruis
Inuiolatus aqua sicci iam pulueris agger.
Stant miseri nautæ, terræq; hærente carina
Littora nulla uident, sic partem intercipit æquor,
Pars ratium maior regimen, clauumq; secuta est

Tuta

Tuta fuga, nautasq; loci sortita peritos,
Torpentem Tritonos adit illæsa paludem.
Hanc ut fama Deus, quem toto littore pontus
Audit uentosa perflantem murmura concha,
Hanc & Pallas amat patrioq; è uertice nata
Terrarum primam Lybien (nam proxima cœlo est,
Vt probat ipse calor) tetigit, stagniq; quieta
Vultus uidit aqua, posuitq; in margine plantas,
Et se dilecta Tritonida dixit ab unda:
Quam iuxta Lethes tacitus prælabitur amnis,
Infernis (ut fama) trahens obliuia uenis,
Atq; insopiti quondam tutela draconis
Hesperidum pauper spoliatis frondibus hortus.
Inuidus annoso qui famam derogat æuo,
Qui uates ad uera uocat: fuit aurea sylua,
Diuitijsq; grauis, & fuluo germine rami,
Virgineusq; chorus nitidi custodia luci,
Et nunquam somno damnatus lumina serpens,
Robora complexus rutilo curuata metallo.
Abstulit arboribus precium, memoriq; laborem
Alcides passusq; inopes sine pondere ramos
Rettulit Argolico fulgentia poma tyranno.
His igitur depulsa locis, deiectaq; classis
Syrtibus, aut ultra Garamantidas attigit undas,
Sed duce Pompeio Lybies melioris in oris
Mansit: at impatiens uirtus hærere Catonis

Hortus Hesperidū mala aurea proferens, quæ per uigili dracone interempto Hercules surripuit.

Audet

Audet in ignotas agmen committere gentes
Armorum fidens, & terra cingere Syrtim,
Hæc eadem suadebat hyems, quæ clauserat æquor,
Et spes imber erat, nimios metuentibus ignes,
Vtq; neq; sole uiam, nec duro frigore sæuam
Inde polo Lybies, hinc bruma temperat annus,
Atq; ingressurus steriles sic fatur arenas:

Militum animos Cato erigit ad deserrorum Lybies pericula, quæ peragraturi sunt, constanter ferenda.

O quibus una salus placuit mea castra secutis
Indomita ceruice mori, componite mentes
Ad magnum uirtutis opus, summosq; labores:
Vadimus in campos steriles, exustaq; mundi,
Quâ nimius Titan, & raræ in fontibus undæ,
Siccaq; letiferis squallent serpentibus arua:
Durum iter ad leges, patriæq; ruentis amorem.
Per mediam Lybien ueniant, atq; inuia tentent,
Si quibus in nullo positum est euadere uoto,
Si quibus ire fat est: neq; enim mihi fallere quenquam
Est animus, tectoq; metu perducere uulgus:

Quos ipsa pericula ducēt, hoc est q causa experiendi pericula uenient.

Ii mihi sint comites, quos ipsa pericula ducent,
Qui me teste pati, uel quæ tristissima pulchrum,
Romanumq; putant: at qui sponsore salutis
Miles eget, capiturq; animæ dulcedine, uadat
Ad dominum meliore uia, dum primus arenas
Ingrediar, primusq; gradus in puluere ponam.
Me calor æthereus feriat, mihi plena ueneno
Occurrat serpens, fatoq; pericula uestra

Pretc-

Prætentate meo, ſitiat, quicunq; bibentem
Viderit, aut umbras nemorum quicunq; petentem,
Æſtuet, aut equitem peditum præcedere turmas,
Deficiat: ſi quo fuerit diſcrimine notum
Dux an miles eam, ſerpens, ſitis, ardor, arenæ,
Dulcia uirtute: gaudet patientia duris.
Lætius eſt quoties magno ſibi conſtat honeſtum:
Sola poteſt Lybie turbam præſtare malorum,
Vt deceat fugiſſe uiros. Sic ille pauentes
Incendit uirtute animos, & amore laborum,
Irreducemq; uiam deſerto limite carpit,
Et ſacrum paruo nomen clauſura ſepulchro
Inuaſit Lybiæ ſecuri fata Catonis.

Sententia, nã uirtute manet ipſum diſi præpoſuere labore difficileſq; uias cunctis aduentibus illam cãnit Heſiodus, & meminit Plato lib. 2. de Republica.

Tertia pars rerum Lybie, ſi credere famæ
Cuncta uelis, at ſi uentos, cœlumq; ſequaris,
Pars erit Europæ, nec enim plus littora Nili,
Quàm Scythicus Tanais primis à Gadibus abſunt
Vnde Europa fugit Lybien, & littora flexu
Oceano fecere locum: ſed maior in unam
Orbis abit Aſiam, nam cum communiter iſtæ
Effundant zephyrum, Boreæ latus illa ſiniſtrum
Contingens, dextrumq; Noti deſcendit in ortus
Eurum ſola tenes, Lybiæ quod fertile terræ eſt,
Vergit in occaſus, ſed & hæc non fontibus ullis
Soluitur, Arctoos raris Aquilonibus imbres
Accipit, & noſtris reficit ſua rura ſerenis.

Arctoos imbres. i. à ſeptentrione.

In nullas uitiatur opes, non ære, nec auro
Excoquitur, nullo glebarum crimine pura,
Sed penitus terra est, tantùm Mauruſia genti
Robora diuitiæ, quarum non nouerat uſum:
Sed Citri contenta comis uiuebat, & umbra,
In nemus ignotum noſtræ uenêre ſecures,
Extremoq; epulas, menſasq; petiuimus orbe.
At quæcunq; uagam Syrtim complectitur ora
Sub nimio porrecta die, uicina peruſti
Aetheris, exurit meſſes, & puluere Bacchum
Enecat, & nulla putris radice tenetur,
Temperies uitalis abeſt, & nulla ſub illa
Cura Iouis terra eſt, natura deſide torpet
Orbis, & immotis annum non ſentit arenis.
Hoc tam ſegne ſolum, raras tamen exerit herbas,
Quas Naſamon gens dura legit, qui proxima ponto
Nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis
Syrtis alit: nam littoreis populator arenis
Imminet, & nulla portus tangente carina
Nouit opes, ſic cum toto commercia mundo
Naufragijs Naſamones habent. hac ire Catonem
Dura iubet uirtus, illic ſecura iuuentus
Ventorum, nullasq; timens tellure procellas,
Aequoreos eſt paſſa metus: nam littore ſicco
Quàm pelago Syrtis uiolentiùs excipit Auſtrum,
Et terræ magis ille nocens, non montibus ortum

Mauritania pars Lybiæ ferax, non tamen ubiq;.

Ciens Lybica non nouerat uſum arborũ ſuarũ, ſed uiuebat contenda frondibus & umbra citri, arboris odoriferæ.

Naſamones Lybiæ populi. Inopia & depræda tio Naſamonum.

Ventorum impetus.

Aduerſus

Aduersis frangit Lybiæ, scopulisq; repulsum
Dissipat, & liquidas se turbine soluit in auras,
Nec ruit in syluas, annosaq; robora torquens
Lassatur, patet omne solum, liberq; meatu
Acoliam rabiem totis exercet arenis,
Et non imbriferam contorto puluere nubem
Inflexum uiolentus agit, pars plurima terræ
Tollitur, & nunquàm resoluto uertice pendet.

Regna uidet pauper Nasamon errantia uento,
Discussasq; domos, uolitantq; à culmine raptæ
Detecto Garamante casæ. non altiùs ignis
Rapta uehit, quantumq; licet consurgere fumo,
Et uiolare diem, tantùm tenet aëra puluis.
Tum quoq; Romanum solito uiolentius agmen
Aggreditur, nullusq; potest consistere miles,
Instabilis raptis etiam quas calcat arenis.
Concuteret terras, orbemq; à sede moueret,
Si solida Lybie compage, & pondere duro
Clauderet exesis Austrum scopulosa cauernis,
Sed quia mobilibus facilis turbatur arenis,
Nusquàm luctando stabilis manet, imaq; tellus
Stat, quia summa fugit galeas & scuta uirorum
Pilaq; contorsit uiolento spiritus actu,
Intentusq; tulit magni per inania cœli.
Illuc in externa forsan, longeq; remota
Prodigium tellure fuit, delapsaq; cœlo

Resoluto uertice, i. summitate nunquã dissipata.

Ventorum impetu tãta exoritur infestatio, ut nullus de Caronis exercitu stabili uestigio consistere posset.

Rationẽ affert cur Auster uentus in Lybia impetuosissimus nõ totam terram rapiat.

Arma timent gentes, hominumq; erepta lacertis
A superis demissa putant: sic illa profectò
Sacrifico cecidere Numæ, quæ lecta iuuentus
Patritia ceruice mouet, spoliauerat Auster
Aut Boreas populos Ancylia nostra ferentes.
Sic orbem torquente noto Romana iuuentus
Procubuit, metuensq; rapi constrinxit amictus,
Inseruitq; manus terræ, nec pondere solo
Sed nixu iacuit, uix sic immobilis Austro,
Qui super ingentes cumulos inuoluit arenæ,
Atq; operit tellure uiros, uix tollere miles
Membra ualet multo congestu puluueris hærens,
Alligat & stantes effusæ magnus arenæ
Agger, & immoti terra surgente tenentur.
Saxa tulit penitus discussis proruta muris,
Effuditq; procul miranda sorte malorum,
Qui nullas uidere domos, uidere ruinas.
Iamq; iter omne latet, nec sunt discrimina terræ
Vlla, nisi æthereæ medio uelut æquore flammæ
Syderibus nouere uias, nec sydera tota
Ostendit Lybicæ finitor circulus oræ,
Multaq; deuexo terrarum margine celat:
Vtq; calor soluit, quem torserat æra uentus,
Incensusq; dies, iam mundi spissior ignis,
Iam plaga quam nullam superi mortalibus ultra
A medio fecere die, calcatur, & humor

Ancyle scutũ sine angulo undiq; excisum in formã peltæ.

Discussus euersus dicit.

Aestu acutissimo solis ardore milites torpentes.

In Noton omnis abit, manant sudoribus artus,
Arent ora siti: conspecta est parua maligna
Vnda procul uena, quam uix è puluere miles
Sustulit, & galeæ conuexum infudit in orbem,
Porrexitq; duci, squallebant puluere fauces
Cunctorum, minimumq; tenens dux ipse liquoris
Inuidiosus erat: me ne inquit degener unum
Miles in hac turba uacuum uirtute putastis
Vsq; adeo mollis, primisq; caloribus impar
Sum uisus? quanto pœna tu dignior ista,
Qui populo sitiente bibas: sic concitus ira
Excussit galeam, sufficitq; omnibus unda.

Catonis uerba seruulo aquam galea exhaurienti ad sitis ardorem mitigandum, q̃ dum Catoni deferret, aliorum calamitatem misera tus in terram proiecit. q̃d & fecit Alexander. Iouis Hammonis templum, ad quod tandem Cato cum exercitu peruenit.

Ventũ erat ad templũ Lybicis quod gentibus unũ
Inculti Garamantes habent, stat corniger illic
Iuppiter, ut memorant, sed non aut fulmina uibrans,
Aut similis nostro, sed tortis cornibus Hammon.
Non illic Lybicæ posuerunt ditia gentes
Templa, nec Eois splendent donaria gemmis,
Quamuis Aethiopum populis, Arabumq; beatis
Gentibus, atq; Indis unus sit Iuppiter Hammon,
Pauper adhuc Deus est, nullis uiolata per æuum
Diuitijs delubra tenens, morumq; priorum
Numen Romano templum defendit ab auro.
Esse locis superis testatur sylua per omnem
Sola uirens Lybien, nam quicquid puluere sicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti

Berenicis, & Leptis urbes Lybiæ.

Ignorat frondes, solus nemus extulit Hammon.
Syluarum fons causa loco, qui putria terræ
Alligat, & domitas unda connectit arenas.

Astrologiæ ratio & signorũ Zodiaci.

Hic quoq; nil obstat Phœbo, cum cardine summo
Stat librata dies, truncum uix protegit arbor,
Tam breuis in medium radijs compellitur umbra.
Deprensum est hunc esse locum, qua circulus alti
Solstitij medium signorum percutit orbem.
Non obliqua meant, nec Tauro Scorpius exit
Rectior, aut Aries donat sua tempora Libræ,
Aut Astræa iubet lentos descendere Pisces,
Par geminis Chiron, & idem quod Carcinus ardens
Humidus Aegoceros, nec plus Leo tollitur urna.
At tibi quæcunq; es Lybico gens igne dirempta
In Noton umbra cadit, quæ nobis exit in Arcton,
Te segnis Cynosura subit, tu sicca profundo
Mergi plaustra putas, nullumq; in uertice summo
Sydus habes immune maris, procul axis uterq; est,
Et fuga signorum medio rapit omnia cœlo.

Astræa signũ uirginis, Chiron sagittarij, Carcinus cancri, Aegoceros capricorni.

Stabant antè fores populi quos miserat Eós,
Cornigeriq; Iouis monitu noua fata petebant,
Sed Latio cessere duci, comitesq; Catonem
Orant, exploret Lybicum memorata per orbem
Numina, de fama tam longi iudicet æui.
Maximus hortator scrutandi uoce Deorum
Euentus Labienus erat: Sors obtulit inquit,

Milites, sed in primis Labienus, Catonem hortantur, uti Lybica numina, Iouisq; Hammonis oraculum.

Et

Et fortuna uiæ tam magni numinis ora,
Consiliumq; Dei, tanto duce possumus uti
Per Syrtes, belliq; datos cognoscere casus.
Nam cui crediderim superos arcana daturos,
Dicturosq; magis, quàm sancto uera Catoni?
Certè uita tibi semper directa supernas
Ad leges, sequerisq; Deum, datur ecce loquendi
Cum Ioue libertas: inquire in fata nefandi
Cæsaris, & patriæ uenturos excute mores,
Iure suo populis uti, legumq; licebit,
An bellum ciuile perit, tua pectora sacra
Voce reple, duræ semper uirtutis amator.
Quære quid est uirtus, & posse exemplar honesti.
Ille deo plenus, tacita quem mente gerebat,
Effudit dignas adytis è pectore uoces:
Quid quæri Labiene iubes? an liber in armis
Occubuisse uelim potiùs, quàm regna uidere?
An sis uita nihil, sed longa? an differat ætas?
An noceat uis ulla bonis? fortunaq; perdat
Opposita uirtute minas? laudandaq; uelle
Sit satis, & nunquam successu crescat honestum?
Scimus, & hoc nobis non altiùs inseret Hammon.
Hæremus cuncti superis, temploq; tacente
Nil facimus nisi sponte Dei, non uocibus ullis
Numen eget, dixitq; semel nascentibus author
Quicquid scire licet, steriles nec legit arenas,

Tres fuerunt Catones.

Virtus est uitæ perfectio, præmium uirtutis beatitudo

Cato ad Labienum.

Vt caneret paucis, mersitq; hoc puluere uerum,
Estq; dei sedes nisi terra, & pontus, & aër,
Et cœlum, & uirtus, superos quid quærimus ultra?
Iuppiter est quodcunq; uides, quodcunq; moueris.
Sortilegis egeant dubij, semperq; futuris
Casibus ancipites, me non oracula certum,
Sed mors certa facit, pauido, fortiq; cauendum est,
Hoc satis est dixisse Iouem. Sic ille profatur,
Seruataq; fide templi discedit ab aris,
Non exploratum populis Hammona relinquens,
Ipse manu sua pila gerens præcedit anheli
Militis ora pedes, monstrat tolerare labores,
Non iubet, & nulla uehitur ceruice supinus,
Carpentoq; sedens, somni parcissimus ipse est,
Vltimus hausтor aquæ. cùm tandem fonte reperto
Indiga cogatur latices potare iuuentus,
Stat dum lixa bibat. si ueris magna paratur
Fama bonis, & si successu nuda remoto
Inspicitur uirtus, quicquid laudamus in ullo
Maiorum fortuna fuit. quis Marte secundo.
Quis tantum meruit populorum sanguine nomen?
Hunc ego per Syrtes, Lybiesq; extrema triumphum
Ducere maluerim, quàm ter capitolia curru
Scandere Pompeij, quàm frangere colla Iugurthæ.
Ecce parens uerus patriæ, dignissimus aris
Roma tuis, per quem nunquam iurare pudebit,

Et

Sententia, mors nanq; fortibus æquat imbelles, populisq; duces, senium iuuentæ: Incuienter canit Vegetius.

Ex animo loquens, malo, inquit poëta hanc Caronis laudẽ q̃ tres Põpeij trium phos. Apostrophat Lucanus ad Roma, Ca

Et quem, si steteris unquam ceruice soluta
Nunc olim factura Deum. iam spissior ignis
Et plaga, quam nullum superi mortalibus ultra
A medio fecere die, calcatur & unda
Rarior, inuentus medijs fons unus arenis
Largus aquæ, sed quem serpentum turba tenebat
Vix capiente loco. stabant in margine siccæ
Aspides, in medijs sitiebant dipsades undis,
Ductor ut aspexit perituros fonte relicto,
Alloquitur: Vana specie conterrite leti
Ne dubita miles tutos haurire liquores,
Noxia serpentum est admixto sanguine pestis,
Morsu uirus habent, & fatum in dente minantur,
Pocula morte carent, dixit, dubiumq; uenenum
Hausit, & in tota Lybies fons unus arena
Ille fuit, de quo primus sibi poscret undam.
Cur Lybicus tantis exundet pestibus aër
Fertilis in mortes, aut quid secreta nocenti
Miscuerit natura solo, non cura, laborq;
Noster scire ualet: nisi quòd uulgata per orbem
Fabula pro uera decepit sæcula causa.
Finibus extremis Lybies, ubi feruida tellus
Accipit Oceanum demisso sole calentem,
Squallebant latè Phorcynidos arua Medusæ,
Non nemorum protecta coma, non mollia sulco,
Sed domine uultu conspectis aspera saxis.

tonis extollens uirtutẽ.

Cognosci nõ potest quare tot serpentibus sit Lybie oppleta, nisi fortè Medusę fabulationi adhibeatur fides.

Medusæ fabulam describit Phorci excõiuge Ceto filiæ,

Hoc primùm natura nocens in corpore sæuas
Eduxit pestes, illis è faucibus angues
Stridola fuderunt uibratis sibila linguis,
Fœmineæ qui more comæ per terga soluti,
Ipsa flagellabant gaudentis colla Medusæ.
Surgunt aduersa subrectæ fronte colubræ,
Vipereumq; fluit depexo crine uenenum.
Hoc habet infelix cunctis impune Medusa,
Quod spectare licet: nam rictus oraq; monstri
Quis timuit? quem qui recto se lumine uidit
Passa Medusa mori est? rapuit dubitantia fata,
Prævenitq; metus, anima periere retenta
Membra, nec emissæ riguere sub ossibus umbræ,
Eumenidum crines solos mouêre furores,
Cerberus Orpheo leniuit sibila cantu,
Amphitryoniades uidit quum uinceret Hydram,
Hoc monstrum timuit genitor, numenq; secundum
Phorcus Neptuni Tholoæ que filius fuit. Phorcus aquis, Cetoq; parens, ipsæq; sorores
Gorgones, hoc potuit cœlo, pelagoq; minari
Torporem insolitum, mundoq; abducere terram.
E cœlo uolucres subito cum pondere lapsæ,
In scopulis hæsere feræ, uicina colentes
Aethiopum totæ riguerunt marmore gentes.
Gorgones scilicet Stemo Euryale & Medusa, Nullum animal uisus patiens, ipsiq; retrorsum
Effusi faciem uitabant Gorgonis angues,
Illa sub Hesperijs stantem Titana columnis

In cautes Athlanta dedit, cœloq; timente
Olim Phlegræos stantes serpente gigantes
Erexit montes, bellumq; immane deorum
Pallados in medio confecit pectore Gorgon.
Quò postquam partu Danaës, & diuite nimbo
Ortum Parrhasiæ uexerunt Perseа pennæ,
Arcados authoris cytharæ, liquidæq; palestræ,
Et subitus præpes Cyllenida sustulit Harpen,
Harpen alterius monstri iam cæde rubentem,
Ab Ioue dilectæ fuso custode iuuencæ.
Auxilium uolucri Pallas tulit innuba fratri
Pacta caput monstri, terræq; in fine Lybissæ
Perseа Phœbæos conuerti iussit ad ortus,
Gorgonis auerso scalcantem regna uolatu,
Et clypeum læuæ fuluo dedit æro nitentem,
In quo saxificam iussit spectare Medusam,
Quam sopor æternam tracturus morte quietem
Obruit, haud totam, uigilat pars magna comarum,
Defenduntq; caput protenti crinibus hydri,
Pars iacet in medios uultus, oculiq; tenebras.
Ipsa regit Pallas trepidum, dextraq; tremente
Perseos auersi Cyllenida dirigit Harpen,
Lata colubriferi rumpens confinia colli.
Quos habuit uultus hamati uulnere ferri
Cæsa caput Gorgon, quanto spirasse ueneno
Ora rear, quantumq; oculos effundere mortis,

Phorci & Cetus filiæ.

Cùm dij gigãtes metuerẽt.

Medusæ caput, q̃d à Pallade in pectore gerebatur, eos in mõtes conuertit: q̃d & ita finitum est bellum.

Harpe incuruus Mercurij gladius.

Medusę caput obtruncauit Perseus Mercurij talaribus acceptis.

Nec

Nec Pallas ſpectare poteſt, uultuſq; gelaſſent
Perſeos auerſi, ſi non Tritonia denſos
Sparſiſſet crines, taxiſſetq; ora colubris.
Aliger in cœlum ſic rapta Gorgone fugit,
Ille quidem penſabat iter, propiusq; ſecabat
Aethera: ſi medias Europæ aſcenderet urbes,
Pallas frugiferas iußit non lædere terras,
Et parci populis. quis enim non præpete tanto
Aethera reſpiceret? Zephyro conuertitur ales
Itq; ſuper Lybien, quæ nullo conſita cultu
Syderibus, Phœboq; uacat, premit orbita ſolis
Exuritq; ſolum, nec terra celſior ulla
Nox cadit in cœlum, lunæq; meatibus obſtat,
Si flexus oblita uagi per recta cucurrit
Signa, nec in Boream, aut in Noton effugit umbram.
Illa tamen ſterilis tellus, fœcundaq; nulli
Arua bono, uirus ſtillantis taba Meduſæ
Concipiunt, diroſq; fero de ſanguine rores,
Quos calor adiuuit, putriq; incoxit arenæ.
Hic quæ prima caput mouit de puluere tabes,
Aſpida ſomniferam tumida ceruice leuauit,
Plenior huic ſanguis, & craßi gutta ueneni
Decidit, in nulla plus eſt ſerpente coactum,
Ipſa caloris egens gelidum non tranſit in orbem
Sponte ſua, Niloq; tenus metitur arenas.
Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur

Orbita rota neſtigium ut ait Aſconius.

Proſequitur mala Lybiæ, quæ cum nullos ſalubres fructus afferat, immenſam tamen copiam ſerpentum profert: quorũ uaria deſcribit genera.

Acclamat ex Lybia ad alias tranſiſſe regiones.

Hinc

Huc Lybicæ mortes, & fecimus aſpida merces.
At non ſtare ſuum miſeris paſſura cruorem,
Squammiferos ingens Hæmorrhois explicat orbes,
Natus & ambiguæ coleret qui Syrtidos arua
Cherſydros, tractiq; uia fumante Chelydri,
Et ſemper recto lapſurus limite Cenchris,
Pluribus ille notis uariatam tingitur aluum,
Quàm paruis tinctus maculis Thebanus Ophites
Concolor exuſtis, atq; indiſcretus arenis,
Hammodites, ſpinaq; uagi torquente Ceraſtæ.
Et Scytale ſparſis etiam nunc ſola pruinis
Exuuias poſitura ſuas, & torrida Dypſas,
Et grauis in geminum uergens caput Amphiſibena,
Et Natrix uiolator aquæ, iaculiq; uolucres,
Et contentus iter cauda ſulcare Phareas,
Oraq; diſtendens auidus ſpumantia Preſter,
Oſſaq; diſſoluens cum corpore tabificus Seps,
Sibilaq; effundens cunctas terrentia peſtes
Antè uenena nocens, latè ſibi ſummouet omne
Vulgus, & in uacua regnat Baſiliſcus arena.
Vos quoq;, qui cunctis innoxia numina terris
Serpitis, aurato nitidi fulgore Dracones,
Peſtiferos ardens facit Africa, ducitis altum
Aëra cum pennis, armentaq; tota ſecuti
Rumpitis ingentes amplexi uerbere tauros,
Nec tutus ſpacio eſt Elephas, datis omnia leto,

Ceraſtæ dicuntur qui cornua habẽt quadrigemina, quorum motu ſollicitant ad ſe aues, ut inquit Plinius.

Draconum exprimitur feritas.

Deſcriptis Lybiæ periculis ad Catonem reuertitur.

Nec

Nec uobis opus eſt ad noxia fata ueneno.
Has inter peſtes duro Cato milite ſiccum
Emetitur iter, tot triſtia fata ſuorum,
Inſolitasq; uidet paruo cum uulnere mortes.
Aulum Igniferum militē mordicùs Dypſas inuadit.
Igniferum iuuenem Tyrrheni ſanguinis Aulum
Torta caput retrò Dypſas calcata momordit,
Vix dolor, aut ſenſus dentis fuit, ipſaq; leti
Frons caret inuidia, nec quicquam plaga minatur:
Subita ueneni uis natura q; deſcribitur.
Ecce ſubit uirus tacitum, carpitq; medullas
Ignis edax, calidaq; incendit uiſcera tabe.
Ebibit humorem circum uitalia fuſum
Peſtis, & in ſicco, linguam torrere palato,
Cœpit, defeſſos iret qui ſudor in artus
Non fuit, atq; oculos lachrymarum uena refugit.
Non decus imperij, non mœſti iura Catonis
Ardentem tenuere uirum, quin ſpargere ſigna
Auderet, totisq; furens exquireret agris
Quas poſcebat aquas ſitiens in corde uenenum.
Ille uel in Tanain miſſus, Rhodanumq;, Padumq;
Arderet, Nilumq; bibens per rura uagantem,
Acceßit morti Lybiæ, fatiq; minorem
Famam Dypſas habet terris, adiuta peruſtis.
Scrutatur uenas penitus ſqualentis arenæ,
Nunc redit ad Syrtes, & fluctus accipit ore,
Aequoreusq; placet, ſed non ſibi ſufficit humor,
Nec ſentit, fatiq; genus, mortemq; ueneni,

Sed

Sed putat esse sitim, ferro q; aperire tumentes
Sustinuit uenas atq; os implere cruore.
Iussit signa rapi propere Cato, discere nulli
Permissum est hoc posse sitim, sed tristior illa
Mors erat ante oculos: Miseriq; in crure Sabelli
Seps stetit exiguus, quem flexo dente tenacem
Auulsitq; manu, piloq; affixit arenis.
Parua modò serpens, sed qua non ulla cruentæ
Tantùm mortis habet, nam plagæ proxima circùm
Fugit rapta cutis, pallentiaq; ossa retexit,
Iamq; sinu laxo nudum est sine corpore uulnus,
Membra natant sanie, suræ fluxere, sine ullo
Tegmine poples erat, femorũ quoq; musculus omnis
Linquitur, & nigra distillant inguina tabe,
Dissiluit stringens uterum membrana, fluuntq;
Viscera, nec quantum toto de corpore debet,
Effluit in terras, sæuum sed membra uenenum
Decoquit, in nimium mors contrahit omnia uirus.
Vincula neruorum, & laterum textura cauumq;
Pectus, & abstrusum fibris uitalibus omne
Quicquid humo est, aperit pestis, natura profana
Morte patet, manant humeri, fortesq; lacerti,
Colla caputq; fluunt, calido non ocyus Austro
Nix resoluta cadit, nec solem cæra sequetur:
Parua loquor, corpus sanie stillasse perustum,
Hoc & flamma potest, sed quis rogus abstulit ossa?

Sabellius miles Sepis morsum in crure accepit.

Vis acerba Sepis uenenolissimi serpentis

Vt Austri flatu nix & cera à sole liquefieri solet, sic etiam uenenum Sabelli.

Hæc

membra resoluta sunt.

Hæc quoq; discedunt, putresq; secuta medullas
Nulla manere sinunt rapidi uestigia fati.

Cynips fluuius est Garamãtum, apud quem nascuntur grandes hyrci. Nasidium Prester serpens morsu impetit.

Cynipheas inter pestes tibi palma nocendi est,
Eripiunt omnes animam, tu sola cadauer.
Ecce subit facies leto diuersa fluenti
Nasidium Marsi cultorem torridus agri
Percußit Prester, illi robur igneus ora
Succendit, tenditq; cutem pereunte figura:
Miscens cuncta tumor toto iam corpore maior.
Humanumq; egressa modum super omnia membra
Efflatur sanies latè tollente ueneno:
Ipse latet penitus congesto corpore morsus,
Nec lorica tenet distenti corporis auctum.

Similitudo.

Spumens accenso non sic exundat aheno,
Vndarum cumulus, nec tanto carbasa coro
Curuauere sinus, tumidos iam non capit artus
Informis globus, & confuso pondere truncus.
Intactum uolucrum rostris, epulasq; daturum
Haud impunè feris, non ausi tradere busto,
Nondum stante modo crescens fugêre cadauer.
Sed maiora parant Lybicæ spectacula pestes.

Hæmorrhois Tullum mordes.

Impreßit dentes Hæmorrhois aspera Tullo
Magnanimo iuueni miratoriq; Catonis,
Vtq; solet pariter totis se effundere signis
Corycij pressura croci, sic omnia membra

Similitudo. Corycus Ciliciæ oppidũ.

Emisere simul rutilum pro sanguine uirus.

Sangui

Sanguis erant lachrymæ: quæcunq; foramina nouit
Humor, ab ijs largus manat cruor, ora redundant,
Et patulæ nares, sudor rubet, omnia plenis
Membra fluunt uenis, totum est pro uulnere corpus.
At tibi Leue miser fixus præcordia preßit
Niliaca serpente cruor, nulloq; dolore
Testatus morsus subita caligine mortem
Accipis, & Stygias somno descendis ad umbras.
Non tam ueloci corrumpunt pocula leto,
Stipite quæ diro uirgas mentita Sabeas
Toxica fatilegi carpunt matura Sabei.
Ecce procul sæuus sterilis * de robore trunci
Torsit, & immisit (Iaculum uocat Africa) serpens,
Perq; caput Pauli, transactaq; tempora fugit.
Nil ibi uirus agit: rapuit cum uulnere fatum,
Deprensum est quæ funda rotat, quàm lenta uolarẽt,
Quàm segnis Scythicæ strideret harundinis aër.
Quid prodest miseri basiliscus cuspide Murrhi
Transactus? uelox currit per tela uenenum,
Inuaditq; manum, quam protinus ille retecto
Ense ferit, totoq; simul demittit ab armo
Exemplarq; sui spectans miserabile leti
Stat tutus pereunte manu, quis fata putaret
Scorpion, aut uires maturæ mortis haberes?
Ille minax nodis, & recto uerbere sæuus
Teste tulit cœlo uicti decus Orionis.

Aspis militẽ Leuũ momordit, cuius morsu perijt fulpes.

Similitudo.

aliãs, se. Iaculus serpens militis Pauli præterea untis tempora ex arbore penetrat. Huius serpentis celeritas.

Vim mortis scorpio habuit.

Quis calcare tuas metuat Salpinga latebras?
Et tibi dant Stygiæ ius in sua fila sorores.
Sic nec clara dies, nec nox dabat atra quietem,
Suspecta est miseris in qua tellure iacebant.
Nam neq; congestæ struxere cubilia frondes,
Nec culmis creuere tori, sed corpora fatis
Exposiți uoluuntur humo, calidoq; uapore
Alliciunt gelidas nocturno frigore pestes,
Innocuosq; diu rictus torpente ueneno
Inter membra fouent, nec quæ mensura uiarum,
Quis ue modus norunt cœlo duce, sæpè querentes
Preces in superos, Reddite dij clamant miseris quæ fugimus arma,
Reddite Thessaliam, patimur cur segnia fata?
In gladios iurata manus, pro Cæsare pugnant
Dypsades, & peragunt ciuilia bella ceraſtæ,
Ire libet quà zona rubens, atq; axis inustus
Solis equis, iuuat æthereis adscribere caussis,
Natura dicit eo q̃d aliquid nati faciat, Quòd peream, cœloq; mori, nil Africa de te,
Nec de te natura queror, tot monstra ferentem
Gentibus ablatum dederas serpentibus orbem,
Impatiensq; solum Cereris cultore negato
Damnasti, atq; homines uoluisti deesse uenenis,
In loca serpentum nos uenimus, accipe pœnas
Exosus & perosus uerbis carent à q̃bus oriantur. Tu quisquis superûm commercia nostra perosus
Hinc torrente plaga, dubijs hinc Syrtibus oram
Abrumpens medio posuisti limite mortes,

Per secreta tui bellum ciuile recessus
Vadit & arcani miles tibi conscius orbis
Claustra petit mundi, forsan maiora supersunt
Ingressis, coëunt ignes stridentibus undis,
Et premitur natura poli, sed longius ista
Nulla iacet tellus, quàm fama cognita nobis
Tristia regna lubæ, queremus forsitan istas
Serpentum terras, habet hoc solatia cœlum.
Viuit adhuc aliquid, patriæ non arua requiro,
Europamq; alios soles, Asiamq; uidentem,
Qua te parte poli, qua te tellure reliqui
Africa? Cyrenis etiam tunc bruma rigebat.
Exigua'ne uia legem conuertimus anni?
Imus in aduersos axes, euoluimur orbe,
Terga damus ferienda noto, nunc forsitan ipsa est
Sub pedibus iam Roma meis. solatia fati
Hæc petimus: ueniant hostes, Cæsarq; sequatur
Quà fugimus. sic dura suos patientia questus
Exonerat, cogit tantos tolerare labores
Summa ducis uirtus, qui nuda fusus arena
Excubat, atq; omni fortunam prouocat horâ,
Omnibus unus adest fatis, quocunq; uocatus
Aduolat, atq; ingens meritum, maiusq; salute
Contulit in letum uires, puduitq; gementem
Illo teste mori: quod ius habuisset in ipsum
Vlla lues? casus alieno pectore uincit,

Catonis laus.

Prosequitur merita laude uirtutem Catonis, & meritũ in milites.

Spectatorq; docet magnos nil posse dolores.
Vix miseris serum tanto lassata periclo
Auxilium fortuna dedit: gens unica terras
Incolit à sæuo serpentum innoxia morsu
Marmaridæ, Psylli, par lingua potentibus herbis
Ipse cruor tutus, nullumq; admittere uirus
Vel cantu cessante potest, natura locorum
Iussit ut immunes mixti serpentibus essent.
Profuit in medijs sedem posuisse uenenis,
Pax illis cum morte data est, fiducia tanta est
Sanguinis: in terram paruus cùm decidit infans,
Ne qua sit externæ Veneris mixtura timentes
Letifica dubios explorant aspide partus.
Vtq; Iouis uolucer calido cum protulit ouo
Implumes natos solis conuertit in ortus,
Qui potuere pati radios, & lumine recto
Sustinuere diem cœli, seruantur in usus,
Qui Phœbo cessere, iacent: sic pignora gentis
Psyllus habet, si quis tactos non horruit angues,
Si quis donatis lusit serpentibus infans.
Nec solùm gens illa sua cotenta salute
Excubat hospitibus, contraq; nocentia monstra
Psyllus adest populis, qui tunc Romana secutus
Signa, simul iussit statui tentoria ductor.
Primùm quas ualli spacium comprendit arenas
Expurgat cantu, uerbisq; fugantibus angues,

Marmaridæ & Psylli Lybiæ populi, à serpentũ morsu illæsi.

Comparatio ab aquila.

De Psyllo populo, q carminibus & cantamentis serpentum morsus curare dicitur.

Vltima castrorum medicatus circuit ignis,
Hic ebulum stridet, peregrinaq; galbana sudant,
Et thamarix non læta comis, Eoaq; costos,
Et Panacæa potens, & Thessala centaurea.
Peucedanumq; sonant flammas, erycinaq; tapsos,
Et Larices, fumoq; grauem serpentibus urunt
Abrotanum. & longè nascentis cornua cerui,
Sic nos tuta uiris. at si quis peste diurna
Fata trahit, tunc sunt magicæ miracula gentis,
Psyllorumq; ingens, & rapti pugna ueneni.
Nam primùm tacta designat membra saliua,
Quæ cohibet uirus, retinetq; in uulnere pestem.
Plurima tunc uoluit spumanti carmina lingua
Murmure continuo, nec dant suspiria cursus
Vulneris, aut minimum patiuntur fata tacere.
Sæpe quidem pestis nigris incerta medullis
Excantata perit, sed si quod tardius exit
Virus, & illicitum, iussumq; exire repugnat,
Tunc super incumbens pallentia uulnera lambit
Ore uenena trahens, & siccat dentibus artus,
Extractamq; tenens gelido de corpore mortem
Expuit, & cuius morsus superauerit anguis,
Iam promptum Psyllis uel gustu nosse uenenum.
Hoc igitur melior tandem Romana iuuentus
Auxilio, latè squalentibus errat in aruis.
Bis positis Phœbe flammis, bis luce recepta

Variæ frutices herbarum ac radicum species, optima aduersus serpentes pharmaca. Panace dicit quod omnibus morbis medetur, à pan quod est omne.

Præsentia Psyllorum aduersus serpētum morsus remedia.

Vidit Areniuagum surgens, fugiensq; Catonem.
Iamq; illis magis, atq; magis dureſcere puluis
Cœpit, & in terram Lybiæ ſpiſſata redire,
Iamq; procul nemorum raræ ſe attollere frondes,
Surgere congeſto non culta mapalia culmo,
Quanta dedit miſeris melioris gaudia terræ,
Cùm primùm ſæuos contrà uidere Leones.
Proxima Leptis erat, cuius ſtatione quieta
Exegere hyemem nimbis, flammisq; carentem.

Ad Cæſarem reuertit, qui poſt victoriã Põpeium inſecutus eſt.

Cæſar ut Emathia ſatiatus clade receſſit,
Cætera curarum proiecit pondera ſoli
Intentus genero, cuius ueſtigia fruſtra
Terris ſparſa legens, fama duce tendit in undas,
Threiciasq; legit fauces, & amore notatum
Aequor, & Eroas lachrymoſo littore turres,

Helleſpõtum ſignat.

Quà pelagon nomen Nepheleïas abſtulit Helle.
Non Aſiam breuioris aquæ diſterminat uſquam

Bizantiũ oppidum Thraciæ, nunc Cõſtantinopolis dicitur.

Fluctus ab Europa, quamuis Bizantion Arcto
Pontus, & oſtriferam dirimat Chalcedona curſu,
Euxinumq; ferens paruo ruat ore propontis.
Sigæasq; petit famæ mirator arenas,
Et Simoëntis aquas, & Graio nobile buſto

In Rhœteo mõte eſt Achillis ſepulchrũ.

Rhœtion, & multum debentes uatibus umbras.
Circuit exuſtæ nomen memorabile Troiæ,
Magnaq; Phœbei quærit ueſtigia muri.
Iam ſyluæ ſteriles, & putres robore trunci

Aſſarici

Assarici pressere domos, & templa deorum
Iam lassa radice tenent, ac tota teguntur
Pergama dumetis, etiam periere ruinæ.
Aspicit Hesiones scopulos, syluasq; patentes
Anchisæ thalamos, quo iudex sederit antro,
Vnde puer raptus cœlo, quo uertice Nais
Luserit Oenone, nullum est sine nomine saxum.
Inscius in sicco serpentem puluere riuum
Transierat, qui Xanthus erat, securus in alto
Gramine ponebat gressus. Phryx incola manes
Hectorcos calcare uetat, discussa iacebant
Saxa, nec ullius faciem seruantia sacri.
Hectoreas (monstrator ait) non respicis aras?
O socer, & magnus uatum labor, omnia fato
Eripis, & populis donas mortalibus æuum.
Inuidia sacræ Cæsar ne tangere famæ,
Nam si quid Latijs fas est promittere musis,
Quantum Smyrnæi durabunt uatis honores,
Venturi me, teq; legent, Pharsalia nostra
Viuet, & à nullo tenebris damnabitur æuo.
Vt ducis impleuit uisus ueneranda uetustas,
Erexit subitas congesti cespitis aras,
Votaq; thuricremos non irrita fudit in ignes.
Dij cinerem Phrygias colitis quicunq; ruinas,
Aeneæq; mei, quos nunc Lauinia sedes
Seruat, & Alba lares, & quorum lucet in aris

Hesione Laomedontis filia monstro marino expolita ab Hercule liberata est.

Exclamatio in poëtarum opera tantum habentia roboris, ut quæ mortalia sunt immortalia faciant.

Ignis adhuc Phrygius, nulliq; aspecta uirorum
Pallas in abstruso pignus memorabile templo
Gentis Iuleæ, uestris clarissimus aris
Dat pia thura nepos, & uos in sede priori
Ritè uocat, date felices in cætera cursus,
Restituam populos, grata uice mœnia reddent
Ausonidæ Phrygibus, Romanaq; pergama surgent
Sic fatus repetit classes, & tota secundis
Vela dedit Coris, auidusq; urgente procella
Iliacas pensare moras, Asiamq; potentem
Præuehitur, pelagoq; Rhodon spumante reliquit.
Septima nox Zephyro nunquam laxante rudentes
Ostendit Pharijs Aegyptia littora flammis.
Sed prius orta dies nocturnam lampada texit,
Quàm tutas intraret aquas ibi plena tumultu
Littora, & incerto turbatas murmure uoces
Accipit, ac dubijs ueritus se credere regnis
Abstinuit tellure rates. sed dira satelles
Regis dona ferens medium prouectus in æquor
Colla gerit Magni Phario uelamine tecta,
Ac prius infanda commendat crimina uoce.
Terrarum domitor Romanæ maxime gentis,
Et quod adhuc nescis genero securè perempto,
Rex tibi Pellæus terræ, pelagiq; labores
Donat, & Emathijs quod solum defuit aruis
Exhibet, absenti bellum ciuile peractum est:

Cæsar septem diebus prospero uentorum flatu è Troia nauigans Aegypto tandè appulit.

Satelles qdã Pompeij caput aduentãti Cæsari offerens sin hanc erupit orationem.

Thessa-

Thessalicas Magnus quærens reparare ruinas
Ense iacet nostro, tanto te pignore Cæsar
Eminus, hoc tecum percussum est sanguine fœdus,
Accipe regna Phari nullo quæsita cruore,
Accipe Niliaci ius gurgitis, accipe quicquid
Pro Magni ceruice dares, dignumq; clientem
Castris crede tuis, cui tantum fata licere
In generum ualuere tuum nec uile putaris
Hoc meritum nobis facili quod cæde peractum est.
Hospes auitus erat, depulso sceptra parenti
Reddiderat: quid plura feram? tu nomina tanto
Inuenies operi, uel famam consule mundi:
Si scelus est, plus te nobis debere fateris,
Quòd scelus hoc non ipse facis. sic fatus opertum
Detexit, tenuitq; caput, iam languida morte
Effigies habitum noti mutauerat oris.
Non primo Cæsar damnauit munera uisu,
Auertitq; oculos, uultus dum crederet, hæsit.
Vtq; fidem uidit sceleris, tutumq; putauit
Iam bonus esse socer, lachrymas non sponte cadentes
Effudit, & gemitusq; expressit pectore læto,
Non aliter manifesta putans abscondere mentis
Gaudia, quàm lachrymis, meritumq; immane tyranni
Destruit, & generi mauult lugere reuulsum
Quàm debere caput, qui duro membra senatus
Calcarat uultu, qui sicco lumine campos

Callidè addu cit Pompeium in inuidiam, ut cõmodatus iaciat beneficium Ptolem.

Oblatum munus Cæsar libens, mœrore tamen fimulato intuitus est.

Tectã Cæsaris detegit uersutiam.

Viderat Emathios, uni tibi Magne negare
Non audet gemitus. ô sors durissima fati,
Hunc cine tu Cæsar scelerato Marte petisti,
Qui tibi flendus erat? non mixti fœdera tangunt
Te generis, nec nata iubet mœrere, neposq;.
Credis apud populos Pompeij nomen amantes
Hoc castris prodesse tuis, fortasse tyranni
* Tangeris inuidia, captiq; in uiscera Magni
Hoc alijs licuisse doles, quereriscq; perisse
Vindictam belli, raptumq; è iure superbi
Victoris generum, quisquis te flere coëgit
Impetus à uera longè pietate recessit.
Scilicet hoc animo terras, atq; æquora lustras,
Nec ubi suppressus pereat gener? ô bene rapta
Arbitrio mors ista tuo, quàm magna remisit
Crimina Romano tristis fortuna pudori,
Quòd te non passa est misereri perfide Magni
Viuentis, nec non his fallere uocibus audes,
Acquirisq; fidem simulati fronte doloris.
Aufer ab aspectu nostro funesta satelles
Regis dona tui, peius de Cæsare uestrum,
Quàm de Pompeio meruit scelus, unica belli
Præmia ciuilis uictis donare salutem
Perdidimus, quòd si Pharia germana tyranno
Non inuisa foret, potuissem reddere regi
Quod meruit, fratriq; tuum pro munere tali

Exclamatio aduersus Cæsarẽ, per quã eum in populi inuidiam adduxit.

*aliàs, Angeris.

Affert alias rationes, quibus argumẽtatur non esse uero simile Cæsarem ueras emisisse ob necem Põpeij lachrymas.

Verba Cæsaris ad satellitem, dolorem de Pompeij morte simulantis.

Misissem

Missem Cleopatra caput. secreta quid arma
Mouit, & inseruit nostro sua tela labori?
Ergo in Thessalicis Pellæo fecimus aruis
Ius gladio? uestris quæsita licentia regnis?
Non tuleram Magnum mecum Romana regentem,
Te Ptolemæe feram? frustra ciuilibus armis
Miscuimus gentes, si qua est hoc orbe potestas
Altera quàm Cæsar, si tellus ulla duorum est,
Vertissem Latias à uestro littore proras,
Famæ cura uetat, ne non damnasse cruentam,
Sed uidear timuisse Pharon, nec fallere uos me
Credite uictorem, nobis quoq; tale paratum
Littoris hospitium est, ne sic mea colla gerantur,
Thessaliæ fortuna facit, maiore profectò
Quàm metui poterat, discrimine gessimus arma.
Exilium, generiq; minas, Romamq; timebam.
Pœna fugæ Ptolemæus erat, sed parcimus annis,
Donamusq; nefas. sciat hac pro cædæ tyrannus
Nil uenia plus posse dari. uos condite busto
Tanti colla ducis, sed non ut crimina tantùm
Vestra tegat tellus, iusto date thura sepulchro,
Et placate caput, cineresq; in littore fusos
Colligite, atq; unam sparsis date manibus urnam.
Sentiat aduentum soceri, uocesq; querentis
Audiat umbra pias, dum nobis omnia præfert,
Dum uitam Pharia mauult debere clienti.

Acrimonia in Ptolemæum.

Licentia in malã partem sumitur.

Cæsar Pompeii caput sepeliri mãdat, eiq; funebres honores decerni.

Læta

Vota dicunt deis secundis carere, cum ad optatum non peruenimus.

Læta dies rapta est populis, concordia mundo
Nostra perit, caruere deis mea uota secundis,
Vt te complexus positis felicibus armis
Affectus abs te ueteres, uitamq; rogarem
Magne tuam, dignaq; satis mercede laborum
Contentus par esse tibi. tunc pace fideli
Feciſſem, ut uictus posses ignoscere diuis,
Feciſſes ut roma mihi. nec talia fatus
Inuenit fletus comitum, nec turba querenti
Credidit, abscondunt gemitus, & pectora læta
Fronte tegunt, hilaresq; nefas spectare cruentum
O bona libertas, cùm Cæsar lugeat, audent.

Libri noni finis.

M. ANNEI LVCANI
PHARSALIAE
LIBER X.

SVLPITII ARGVMENTVM.

In decimo intrepidè uictor per templa uagatus
Admittit regem, Cleopatraq; supplicat ipsi:
Pax fit, & immenso celebrant conuiuia sumptu,
Ostentantur opes. consultus Achoreus ortus
Nile tuos aperit, rursusq; Photinus Achillam

Ductorem

Ductorem in Latium mittit, qui pugnat ab alta
Obsessus cum rege domo, noctuq; per æquor
Classe Pharon uectus, metuens se immittit in undas.



Primum terras Pompeij colla secutus
Attigit, & diras calcauit Cæsar arenas,
Pugnauit fortuna ducis, fatumq; nocentis
Aegypti, regnumq; Lagi Romana sub arma
Iret, an eriperet mundo Memphiticus ensis
Victoris, uictiq; caput. tua profuit umbra
Magne, tui socerum rapuere à sanguine manes,
Ne populus post te Nilum Romanus haberet.
Inde Paretoniam fertur securus in urbem,
Pignore tam sæui sceleris sua signa secutus.
Sed fremitu uulgiq; faces, & iura querentes
Inferri Romana sui discordia sensit
Pectora, & ancipites animos, Magnumq; perisse
Non sibi, tum uultu semper celante timorem
Intrepidus superûm sedes, & templa uetusti
Numinis, antiquas Macedôn testantia uires
Circuit, & nulla captus dulcedine rerum,
Non auro, cultuq; deûm, non mœnibus urbis,

Statim inquit ut ingressus est Cæsar Aegyptum, orta est seditio propter fasces ante ipsum latos, qui timorem dissimulans ad deorum templa, regumq; sepulchra contemplanda se diuertit. Alexandriam urbem petit Cæsar.

Effossum

Effossum tumulis cupidè descendit in antrum,
Illic Pellæi proles uesana Philippi
Felix prædo iacet terrarum, uindice fato
Raptus, sacratis totum spargenda per orbem
Membra uiri posuere adytis, fortuna pepercit
Manibus & regni durauit ad ultima fatum.
Nam sibi libertas unquam si redderet orbem,
Ludibrio seruatus erat, non utile mundo
Editus exemplum, terras tot posse sub uno
Esse uiro. Macedum fines, latebrasq; suorum
Deseruit, uictasq; patri despexit Athenas,
Perq; Asiæ populos fatis urgentibus actus
Humana cum strage ruit, gladiumq; per omnes
Exegit gentes, ignotos miscuit amnes,
Persarum Euphraten, Indorum sanguine Gangen:
Terrarum fatale malum, fulmenq; quod omnes
Percuteret pariter populos, & sydus iniquum
Gentibus, Oceano classes inferre parabat
Exteriore mari. non illi flamma, nec undæ,
Nec sterilis Lybie, nec Syrticus obstitit Hammon,
Isset in occasus mundi deuexa secutus,
Ambissetq; polos, Nilumq; à fonte bibisset:
Occurrit suprema dies, naturaq; solum
Hunc potuit finem uesano ponere regi:
Quæ secum inuidia, qua totum ceperat orbem,
Abstulit impertum, nulloq; hærede relicto

Totius

Nactus occasionem faciendæ mentionis de Alexãdro Magno propter eius sepulchrum, late prosequitur eius historiã cum detestatione ambitionis atq; iniquitatis eiusdem. Dicit autem primo Cæsarem declinantem à furore populi Aegyptiaci per dissimulationẽ timoris descendisse ad uisenda sepulchra regum, inter quæ uidit conditorium corporis Alexandri.

Totius fati lacerandas præbuit urbes,
Sed cecidit Babylone sua, Parthoq; uerendus.
Prò pudor Eoi propius timuere Sariſſas, Sariſſæ Macedonum tela.
Quàm nunc pila timent populi, licet uſq; ſub Arcton
Regnemus, zephyriq; domos, terrasq; premamus
Flagrantis poſt terga Noti, cedamus in ortus
Arſacidum dominum, non felix Parthia Craſſis
Exiguæ ſecura fuit prouincia Pellæ.
Iam Peluſiaco ueniens à gurgite Nili Ptolemæus ad Cæſarem uenit.
Rex puer, imbellis populi ſedauerat iras,
Obſide quo pacis Pellæa tutus in aula
Cæſar erat, cùm ſe parua Cleopatra biremi Proſequitur geſtorum Cæſaris in Aegypto hiſtoriam, narrans quo modo regem acciuit ad ſe ad diſceptandum cum Cleopatra ſorore de iure regni.
Corrupto cuſtode Phari laxare catenas
Intulit Emathijs ignaro Cæſare tectis,
Dedecus Aegypti, Latio feralis Erinnys.
Romano non caſta malo, quantum impulit Argos,
Iliacasq; domos facie Spartana nocenti,
Heſperios auxit tantùm Cleopatra furores.
Terruit illa ſuo, ſi fas, capitolia ſiſtro,
Et Romana petit imbelli ſigna Canopo,
Cæſare captiuo Pharios ductura triumphos,
Leucadioq; fuit dubius ſub gurgite caſus:
An mundum ne noſtra quidem matrona teneret.
Hoc animi nox illa dedit, quæ prima cubili
Miſcuit incæſtam ducibus Ptolemaida noſtris.
Quis tibi ueſani ueniam non donet amoris

Antonij

Antoni? durum cum Cæsaris hauserit ignes
Pectus, & in media rabie, medioq; furore,
Et Pompeianis habitata manibus aula?
Indignatur poëta. Sanguine Thessalicæ cladis perfusus adulter
Admisit Venerem curis, & miscuit, armis,
Illicitosq; toros, & non ex coniuge partus,
Prò pudor, oblitus Magni, tibi Iulia fratres
Obscena de matre dedit, partesq; fugatas
Passus in extremis Lybies coalescere regnis,
Tempora Niliaco turpis dependit amori,
Dum donare Pharon, dum non sibi uincere mauult.
Quem formæ confisa suæ Cleopatra sine ullis
Attende q̃mo do in suum amorem Cleopatra Cæsarẽ pellexerit. Tristis adit lachrymis simulatum compta dolorem.
Quàm decuit, ueluti laceros dispersa capillos:
Et sic orsa loqui. Si qua est ô maxime Cæsar
Nobilitas, Pharij proles clarissima Lagi
Exul in extremum sceptris depulsa paternis
Si tua restituat ueteri me dextera fato,
Complector regina pedes, tu gentibus æquum
Sydus æquum .i. numen ppitium et benignũ, dicit ideo, qa Cæsar noluit Ptolemæum & Cleopatram apud se iure potius q̃ armis inter se discrepare, Sydus ades nostris, non urbes prima tenebo
Fœmina Niliacas, nullo discrimine sexus
Reginam scit ferre Pharos, lege summa peremptî
Verba patris, qui iura mihi communia regni
Et thalami cum fratre dedit puer ipse sororem,
Si modò liber, amat: sed amat sub iure Photini
Affectus ensesq; suos, nil ipsa paterni

Iuris

Iuris habere peto, culpa, tantoq; pudore
Solue domum, remoue funesta satellitis arma,
Et regem regnare iube. quantos ne tumores
Mente gerit famulus Magni ceruice reuulsa?
Iam tibi (sed procul hoc auertant fata) minatur.
Sat fuit indignum Cæsar mundoq;, tibiq;
Pompeium facinus, meritumq; fuisse Photini.
Nec quicquam duras tentasset Cæsaris aures,
Vultus adest precibus, faciesq; incesta perorat,
Exigit infandam corrupto iudice noctem,
Pax ubi parta duci, donisq; ingentibus empta est,
Excepêre epulæ tantarum gaudia rerum,
Explicuitq; suos magno Cleopatra tumultu
Nondum translatos Romana in sæcula luxus.
Ipse locus templi, quod uix corruptior ætas
Extruat, instar erat, laqueataq; tecta ferebant
Diuitias, crassumq; trabes absconderat aurum,
Nec summis crustata domus, sectisq; nitebat
Marmoribus, stabatq; sibi non segnis Achates,
Purpureusq; lapis, totaq; effusus in aula
Calcabatur Onyx, hebenus Marcotica uastos
Non operit postes, sed stat pro robore uili:
Auxilium non forma domus, ebur atria uestit,
Et suffixa manu foribus testudinis Indæ
Terga sedent crebro maculas distincta Smaragdo,
Fulget gemma toris, & Iaspide fulua suppellex,

Regiæ luxum describit.

Trabes lacunares auro crassissimo et densissimo, ut inquit Lucan. erant coopertæ.

Achates gemma sub alta.

Sardam rubicundam gemmam denotat

Strata micant Tyrio quorum pars maxima succo
Cocta diu, uirus non uno duxit aheno,
Pars auro plumata nitet, pars ignea cocco,
Vt mos est Pharijs miscendi licia telis.
Tunc famulæ numerus turbæ, populusq; minister,
Discolor hos sanguis, alios distinxerat ætas,
Hæc Lybicos pars, tam flauos gerit altera crines,
Vt nullas Cæsar Rheni se dicat in aruis
Tam rutilas uidisse comas, pars sanguinis usti
Torta caput, refugosq; gerens à fronte capillos,
Nec non infelix ferro mollita iuuentus,
Atq; execta uirum, stat contrà fortior ætas,
Vix ulla fuscante tamen lanugine malas.
Discubuêre toris reges, maiorq; potestas
Cæsar, & immodicè formam fucata nocentem
Nec sceptris contenta suis, nec fratre marito,
Plena maris rubri spolijs, colloq;, comisq;
Diuitias Cleopatra gerit, cultuq; laborat,
Candida Sidonio prælucent pectora filo,
Quod Nilotis acus compressum pectine Serum
Soluit, & extenso laxauit stamina uelo.
Dentibus hîc niueis, sectosq; Atlantide sylua
Imposuêre orbes, quales ad Cæsaris ora
Nec capto uenêre Iuba. prò cæcus, & amens
Ambitione furor, ciuilia bella gerenti
Diuitias aperire suas, incendere mentem

Cleopatræ imprudentiæ accusat.

Hostilis

Hoſpitis armati, non ſit licet ille nefando
Marte paratus opes mundi quæſiſſe ruina,
Pone duces priſcos, & nomina pauperis æui
Fabricios, Curioſq; graues: hîc ille recumbat,
Sordibus Hetruſcis abductus conſul aratris,
Optabit patriæ talem duxiſſe triumphum.
Infudêre epulas auro, quod terra, quod aër,
Quod pelagus, Niluſq; dedit, quod luxus inani
Ambitione furens toto quæſiuit in orbe
Non mandante fame, multas uolucresq; ferasq;
Aegypti poſuêre Deos, manibusq; miniſtrat
Niliacas cryſtallus aquas, gemmæq; capaces
Excepêre merum, ſed non Mareotidos uuæ,
Nobile ſed paucis ſenium cui contulit annis
Indomitum Meroê cogens ſpumare Phalernum.
Accipiunt certas nardo florente coronas,
Et nunquàm fugiente roſa, multumq; madenti
Infudêre comæ, quod nondum euanuit aura
Cinamon, externa nec perdidit aëra terra,
Aduectumq; recens uicinæ meſſis amomum.
Diſcit opes Cæſar ſpoliati perdere mundi,
Et geſſiſſe pudet genero cum paupere bellum,
Et cauſſas Martis Pharijs cum gentibus optat.
Poſtquàm epulis, Bacchoq; modũ laſſata uoluptas
Impoſuit, longis Cæſar producere noctem
Inchoat alloquijs, ſummaq; in ſede iacentem

Atticum ſignificat, qui & ferrani à ferendo cognomen accepit, ambitio eſt honoris appetitus, & aliquando in bonam, aliquando in malam partem accipitur.

Mareotis regiuncula Aegyptia.

Meroe inſula eſt ſita in Nilo

Cinamomum frutex odorantiſſimus.

Linigerum placidis compellat Achorea dictis:
O sacris deuote senex, quodq; arguit ætas
Non neglecte Deis, Phariæ primordia gentis,
Terrarumq; situs, uulgiq; edissere mores.
Et ritus, formasq; Deûm, quodcunq; uetustis
Insculptum est adytis profer, nosciq; uolentes
Prode Deos. si Cecropium sua sacra Platonem
Maiores docuêre tui: quis dignior unquam
Hoc fuit auditu, mundiq; capacior hospes?
Fama quidem generi Pharias me duxit ad urbes,
Sed tamen & uestri: media inter prælia semper
Stellarum, cœliq; plagis, superisq; uacaui,
Nec meus Eudoxi uincetur fastibus annus:
Sed cùm tanta meo uiuat sub pectore uirtus,
Tantus amor ueri, nihil est quod noscere malim,
Quàm fluuij causssas per sæcula tanta latentis,
Ignotumq; caput, spes sit mihi certa uidendi
Niliacos fontes: bellum ciuile relinquam.
Finierat, contraq; sacer sic orsus Achoreus:
Fas mihi magnorum Cæsar secreta parentum
Prodere, ad hoc æui populis ignota profanis,
Sit pietas alijs miracula tanta silere,
Ast ego cœlicolas gratum reor ire per omnes
Hoc opus, & sacras populis notescere leges.
Syderibus, quæ sola fugam moderantur Olympi,
Occurruntq;, diuersa potentia prima

Cæsar ad Achoreum sacerdotem, Aegyptij traduni à mundi initio primos homines apud se creatos, ut referi Diodorus.

Eudoxus mathematicus, q rationem dierum & himerologiam Græci uocant descripsit.

Se extollit Cæsar.

Datur us causas incremẽti Nili auspicatur à cœlestibus influentijs.

Mundi lege data est: Sol tempora diuidit æui,
Mutat nocte diem, radijsq; potentibus astra
Ire uetat, cursusq; uagos statione moratur:
Luna suis uicibus Tethyn terrenaq; miscet: Luna.
Frigida Saturno glacies, & zona niualis
Cesßit: habet uentos, incertaq; fulmina Mauors: Saturnus.
Sub Ioue temperies, & nunquàm turbidus aër: Mars.
At fœcunda Venus cunctarum semina rerum Iupiter.
Venus.
Posßidet: immensæ Cyllenius arbiter undæ est. Mercurius.
Hunc ubi pars cœli tenuit, qua mixta Leonis Ratio mathematica de
Sydera sunt Cancro, rabidos qua Sirius ignes Mercurio.
Exerit, & uarij mutator circulus anni
Aegoceron, Cancrumq; tenet, cui subdita Nili Aegoceros.
Ora latent, quæ cùm dominus percußit aquarum Capricornus.
Igne superiecto, tunc Nilus fonte soluto
Exit, ut Oceanus lunaribus incrementis
Iussus adest, auctusq; suos non antè coartat,
Quàm nox æstiuas à sole receperit horas.
Vna fides ueterum, Nilo quòd crescat in arua
Aethiopum prodesse niues non Arctos in illis
Montibus aut Boreas, testis tibi sole perusti Eorum refellit sententiã, q Nilõ in quefactione niuiõ augeri putãt.
Ipse color populi, calidiq; uaporibus Austri.
Adde quòd omne caput fluuij, quodcunq; soluta
Præcipitat glacies, ingresso uere tumescit
Prima labe niuis Nilus. neq; suscitat undis
Antè canis radios, nec ripis alligat amnem

Ante parem nocti Libra sub iudice Phœbum.
Inde etiam leges aliarum nescit aquarum,
Nec tumet hybernus, quum longè sole remoto
Officijs caret unda suas, dare iußus iniquo
Temperiem cœlo, medijs æstatibus exit
Sub torrente plaga, ne terras dißipet ignis
Nilus adest mundo, contraq; incensa Leonis
Ora tumet, Canoroq; suam torrente Syenen
Imploratus adest, nec campos liberat undis,
Donec in autumnum declinet Phœbus, & umbras
Extendat Meroë: quis causßas reddere poßit?
Sic iußit natura parens discurrere Nilum,
Opinionẽ cõ futat dicenti ẽm Zephyros continuò ßtan tes ad Nili fõ tes nubes im pellere, & cõ tinuis pluuijs ẽplum augere
Sic opus est mundo. zephyros quoq; uana uetußtas
His adscripßit aquis, quorum ßtata tempora flatus,
Continuiq; dies, & in aëre longa poteßtas,
Vel quòd ab occiduo depellunt nubila cœlo
Trans Noton, & fluuio cogunt incumbere nimbos,
Vel quòd aquas toties rumpenteis littora Nili
Aßiduè feriunt, coguntq; reßistere fluctus.
Ille mora cursus, aduerßiq; obice ponti
Aestuat in campos. sunt qui ßpiramina terris
Esse putent, magnosq; cauæ compagis hiatus,
Commeat hac penitus tacitis discursibus unda
Frigore ab Arctoo medium reuocata sub axem,
Cùm Phœbus preßit Meroën, telluscq; perußta
Illuc duxit aquas, trahitur Gangesq;, Paduscq;

Per

Per tacitum mundi, tunc omnia flumina Nilus
Vno fonte uomens, non uno gurgite perfert.
Rumor ab Oceano, qui terras alligat omnes,
Exundante procul uiolentum erumpere Nilum,
Aequoreosq; sales longo miteſcere tractu.
Nec non Oceano paſci, Phœbumq;, polumq;
Credimus, hunc calidi tetigit quum brachia Cancri
Sol rapit, atq; undæ plus, quàm quod digerat aër
Tollitur, hoc noctes referunt Niloq; refundunt.
Aſt ego, ſi tantam fas eſt mihi ſoluere litem,
Quaſdam Cæſar aquas poſt mundi ſera peracti
Sæcula, concuſſis terrarum erumpere uenis
Non id agente Deo, quaſdam compage ſub ipſa
Cum toto cœpiſſe reor, quas ille creator
Atq; opifex rerum certo ſub iure coërcet.
Quæ tibi noſcendi Nilum Romane cupido eſt?
Hæc Pharijs, Perſisq; fuit, Macedûmq; tyrannis,
Nullaq; non ætas uoluit conferre futuris
Noticiam, ſed uincit adhuc natura latandi.
Summus Alexander Regum, quem Memphis adorat,
Inuidit Nilo, miſitq; per ultima terræ
Aethiopum lectos illos rubicunda peruſti
Zona poli tenuit, Nilum uidere calentem.
Venit ad occaſum mundiq; extrema Seſoſtris,
Et Pharios currus regum ceruicibus egit,
Ante tamen ueſtros amnes, Rhodanumq;, Padumq;

Dicunt aliqui quod ab Oceano oritur, & longo per terras curſu dulcescit.

Quod in generali dixerat de Nili diſquiſitoribus, nunc in ſpeciali explicat.

Alexander Nili originem ſtuduit inuestigare.

Seſoſtris rex Aegyptius.

Quàm Nilum de fonte bibit. uesanus in ortus
Cambyses longi populos peruenit ad æui,
Defectusq; epulis, & pastus cæde suorum
Ignoto te Nile redit, non fabula mendax
Ausa loqui de fonte tuo est, ubicunq; uideris,
Quæreris, & nulli contingit gloria genti,
Vt Nilo sit læta suo. tua flumina prodam,
Quà Deus undarum celator Nile tuarum
Te mihi nosse dedit: medio consurgis ab axe
Ausus in ardentem ripas attollere Cancrum.
In Boream is rectus aquis, mediumq; Booten,
Cursus in occasum flexus torquetur, & ortus,
Nunc Arabum populis, Lybicis nunc æquus arenis,
Teq; uident primi, quærunt tamen hi quoq; Seres,
Aethiopumq; feris alieno gurgite campos,
Et te terrarum nescis cui debeat orbis.
Arcanum natura caput non prodidit ulli,
Nec licuit populis paruum te Nile uidere,
Amouitq; sinus, & gentes maluit ortus
Mirari, quàm nosse tuos, consurgere in ipsis
Ius tibi solstitijs aliena crescere bruma
Atq; hyemes adferre tuas, soliq; uagari
Concessum per utrosq; polos hîc quæritur ortus,
Illic finis aquæ, latè tibi gurgite rupto
Ambitur nigris Meroë fœcunda colonis,
Læta comis hebeni, quæ quamuis arbore multa

Frondeat

Cãbyses Darij pater rex Persarum.

Attentũ facit auditorem, tãtum se arcanũ aperire pollicitus, cùm dicitur: tua flumina prodã.

Meroe insula quæ in lõgitudine stadia tria millia.

Frondeat, æstatem nulla sibi mitigat umbra,
Linea tam rectum mundi ferit illa Leonem,
Inde plagas Phœbi damnum non passus aquarum
Proueheris, sterilesq; diu metiris arenas.
Nunc omnes unum uires collectus in amnem,
Nunc uagus, & spargens facilem tibi cedere ripam,
Rursus multifidas reuocat piger alueus undas
Quà dirimunt Arabum populis Aegyptia rura
Regni claustra Phylæ: mox te deserta secantem,
Quà dirimunt nostrum rubro commertia pontum
Mollis lapsus agit. quis te tam lenè fluentem
Moturum totas uiolenti gurgitis oras
Nile putet? sed cùm lapsus abrupta uiarum
Excepêre tuos, & præcipites cataractæ,
Ac nusquam uetitis ullas obsistere cautes
Indignaris aquis, spuma tunc astra lacessis,
Cuncta tremunt undis, ac multo murmure montis
Spumens inuictis canescit fluctibus amnis.
Hinc Abaton, quam nostra uocat ueneranda uetustas
Terra potens, primos sentit perculsa tumultus,
Et scopuli, placuit fluuij quos dicere uenas,
Quòd manifesta noui primum dant signa tumoris,
Hinc montes natura uagis circundedit undis,
Qui Lybiæ te Nile negent, quos inter in alta
It conualle iacens iam mollibus unda receptis
Prima tibi campos permittit, apertaq; Memphis

in latitudine mille habet. Prosequi cœptam narrationem de Nili curibus dicens rursus.

Phyle urbs inter Aethyopes & Aegyptios.

Cataractę asperi delapsus

Abatō insula.

Ad hiſtorię reuertitur ſeriē.

Rura, modumq; uetat creſcendi ponere ripas.
Sic uelut in tuta ſecuri pace trahebant
Noctis iter mediæ, ſed non ueſana Photini
Mens imbuta ſemel tam ſacra cæde uacabat
A ſcelerum motu, Magni nihil ille perempto
Iam putat eſſe nefas habitant ſub pectore manes
Vltricesq; Deæ dant in noua monſtra furorem.
Dignatur uiles iſto quoq; ſanguine dextras,
Quò fortuna uocat uictos perfundere patres,
Pœnaq; ciuilis belli, & uindicta Senatus
Penè data eſt famulo procul hoc auertite fata
Crimen, ut hæc Bruto ceruix abſente ſecetur.
In ſcelus it Pharium Romani pœna tyranni,
Exemplumq; perit, ſtruit audax irrita fatis,
Nec parat occultæ cædem committere fraudi,
Inuictumq; ducem detecto Marte laceſſit.
Tantum animi delicta dabant, ut colla ferire
Cæſaris, & ſocerum iungi tibi Magne iuberet,
Atq; hæc dicta monet famulos perferre fideles
Ad Pompeianæ ſocium ſibi cædis Achillam,
Quem puer imbellis cunctis præfecerat armis,
Et dederat ferrum nullo ſibi iure retento
In cunctos, in ſeq; ſimul: Tu mollibus, inquit,
Nunc incumbe toris, & pingues exige ſomnos,
Inuaſit Cleopatra domum, nec prodita tantùm eſt,
Sed donata Pharos, ceſſas accurrere ſolus

Photinus in Cæſarem conſurat.

Inducit argutiſſimā epiſtolam Photini, & monet Achillam ut rapto exercitu Cæſarem captū occidat.

Ad

Ad dominæ Thalamos? nupſit ſoror impia fratri,
Nam Latio iam nupta duci eſt, interq; maritos
Diſcurrens Aegypton habet, Romamq; meretur?
Expugnare ſenem potuit Cleopatra uenenis?
Crede miſer puero, quem nox ſi iunxerit una,
Et ſemel amplexus inceſto pectore paſſus
Hauſerit obſcœnum titulo pietatis amorem,
Meq;, tuumq; caput per ſingula forſitan illi
Oſcula donabit, crucibus, flammisq; luemus.
Si fuerit formoſa ſoror, nil undiq; reſtat
Auxilij, rex hinc coniux, hinc Cæſar adulter,
Et ſumus (ut fatear) tam ſæuo iudice ſontes.
Quem non ex nobis credit Cleopatra nocentem?
A quo caſta fuit? per te quod fecimus unà,
Perdidimusq; nefas, perq; ictum ſanguine Magni
Fœdus ades, ſubito bellum mollire tumultu.
Irrue, nocturnas rumpamus funere tædas,
Crudelemq; toris dominam mactemus in ipſis
Cum quocunq; uiro. nec nos deterreat auſis
Heſperij fortuna ducis, quæ ſuſtulit illum,
Impoſuitq; orbi, communis gloria nobis,
Nos quoq; ſublimes Magnus facit, aſpice littus
Spem noſtri ſceleris, pullutos conſule fluctus
Quid liceat nobis, tumulumq; è puluere paruo
Aſpice Pompeij non omnia membra tegentem,
Quem metuis par huius erat. non ſanguine clari

Ab atteſtatione uehemens ad exequendum quod inſtituit cohortatio.

Quid

Quid refert? nec opes populorũ, ac regna mouemus,
Ad scelus ingentes facti sumus, adtrahit illos
In nostras fortuna manus: en altera uenit
Victima nobilior, placemus cæde secunda
Hesperias gentes: iugulus mihi Cæsaris haustus
Hoc præstare potest, Pompeij cæde nocentes
Vt populus Romanus amet, quid nomina tanta
Horremus? uires q; duces? quibus ille relictis
Miles erit, nox hæc peraget ciuilia bella:
Inferias q; dabit populis, & mittet ad umbras
Quod debetur adhuc mundo caput, ite feroces
Cæsaris in iugulum, præstet Lagæa iuuentus
Hoc regi, Romana sibi. tu parce morari,
Plenum epulis, madidum q; mero, Veneri q; paratum
Inuenies: aude, superi tot uota Catonum
Brutorum q; tibi tribuent. non lentus Achillas
Suadenti parêre nefas haud clara mouendis
(Vt mos) signa dedit castris, nec prodidit arma
Vllius clangoræ tubæ. temere omnia sæui
Instrumenta rapit belli pars maxima turbæ
Plebis erat Latiæ, sed tanta obliuio mentes
Cepit in externos corrupto milite mores,
Vt duce sub famulo, iussu q; satellitis irent,
Quos erat indignum Pharios parêre tyranno,
Nulla fides, pietas q; uiris qui castra sequuntur,
Venales q; manus: ibi fas, ubi maxima merces,

Attende Photini mandatis suasionic q; Achillam illico paruisse.

A facili argumentum.

Animaduerte militũ impietatem, q omni postpositra ho

Aere

Aere merent paruo: iugulumq; in Cæsaris ire
Non sibi dant. prò fas, ubi non ciuilia bella
Inuenit imperij fatum miserabile nostri?
Thessaliæ subducta acies in littore Nili
More furit patrio quid te plus Magne recepto
Ausa foret Lagea domus? dat scilicet omnis
Cetera quod debet superis, nulliq; uacare
Fas est Romano. Latium sic scindere corpus
Dijs placitum. non in generi, soceriq; fauorem
Discedunt populi: ciuilia bella satelles
Mouit & in patrem Romani uenit Achillas.
Et nisi fata manus à sanguine Cæsaris arcent,
Hæ uincent partes, aderat maturus uterq;,
Et districta epulis ad cunctas aula patebat
Insidias, poteratq; cruor per regia fundi
Pocula Cæsareus mensæq; incumbere ceruix:
Sed metuunt belli trepidos in nocte tumultus,
Ne cædes confusa manu, permissaq; fatis
Te Ptolemæe trahat. tanta est fiducia ferri,
Non rapuêre nephas, summi contempta facultas
Est operis, uisum famulis reparabile damnum,
Illam mactandi dimittere Cæsaris horam.
Seruatur pœnas in aperta luce daturus:
Donata est nox una duci, uixitq; Photini
Munere Phœbæos Cæsar dilatus in ortus.
Lucifer à Casia prospexit rupe, diemq;

nestate, precio illecti quęcunq; & diuina & humana iura peruertunt. Poëta per exclamationem in deos conquerntur.

Photinus & Achillas cõsidẽtia freti nõ accelerauerũt nefandam cædem Cæsaris.

Cassius mons Alexãdriæ

Misit

minet ad Orientem.

Misit in Aegyptum primo iam sole calentem,
Quum procul à muris acies non sparsa maniplis,
Nec uaga conspicitur, sed iustos qualis ab hostes
Recta fronte uenit: passuri cominus arma,
Laturiq; ruunt. at Cæsar mœnibus urbis
Diffisus, foribus clausæ se protegit aulæ,
Degeneres passus latebras, nec tota uacabat
Regia compresso, minima collegerat arma
Parte domus, tangunt animos, iræq;, metusq;,
Et timet incursus, indignaturq; timere.

Comparatio Cæsaris iram declarans.

Sic fremit in paruis fera nobilis abdita claustris,
Et frangit rabidos præmorso carcere dentes:
Non secus in Siculis fureret tua flamma cauernis,
Obstrueret summam si quis tibi Mulciber Aetnam.
Audax Thessalici, qui nuper rupe sub Aemi,

Cæsar qui bellum ciuile nõ timuerat, nũc seruile primè fieri cogitur.

Hesperiæ cunctos proceres, aciemq; Senatus,
Pompeiumq; ducem caussa sperare uetante
Non timuit, fatumq; sibi promisit iniquum,
Expauit seruile nefas, intraq; penates
Obruitur telis, quem non uiolasset Alanus,
Non Scytha, non fixo qui ludit in hospite Maurus.

Animaduerte in Cæsare fortunę mobilitatem & inconstantiam.

Hic cui Romani spacium non sufficit orbis,
Paruaq; regna putat Tyrijs cum Gadibus Indos,
Ceu puer imbellis, ceu captis fœmina muris
Quærit tuta domus, spem uitæ in limine clauso
Ponit, & incerto lustrat uagus atria cursu,

Non

Non ſine Rege tamen, quem ducit in omnia ſecum
Sumpturus pœnas, & grata piacula morti,
Miſſurusq; tuum, ſi non ſint tela, nec ignes
In famulos Ptolemæe caput. ſic barbara Colchis
Creditur ultorem metuens, regniq; fugæq;
Enſe ſuo fratriſq; ſimul ceruice parata
Expectaſſe patrem. cogunt tamen ultima rerum
Spem pacis tentare ducem, miſſuſq; ſatelles
Regius, ut ſæuos abſentis uoce tyranni
Corriperet famulos, quo bellum authore mouerent.
Sed neq; ius mundi ualuit, neq; fœdera ſancta
Gentibus, orator regis, pacisq; ſequeſter
Aeſtimat in numero ſcelerum ponenda tuorum
Tot monſtris Aegypte nocens. non Theſſala tellus,
Vaſtaq; regna Iubæ, non Pontus, & impia ſigna
Pharnacis, & gelido circunfluus orbis Ibero
Tantum auſus ſcelerum, non ſyrtis barbara quantum
Delitiæ fecêre tuæ: premit undiq; bellum,
Inq; domum iam tela cadunt, quaſſantq; penates,
Non aries uno moturus limina pulſu,
Fracturusq; domum, non ulla eſt machina belli,
Nec flammis mandatur opus: ſed cæca iuuentus
Conſilijs uaſtos ambit diuiſa penates,
Et nuſquam totis incurſat uiribus agmen,
Fata uetant, muriq; uicem fortuna tuetur.
Nec non & ratibus tentatur regia, qua ſe

Hac comparatione oſtendit quomodo Cæſar Ptolemæum occidere paratus eſſet. Legatos Cæſar ad Achillã mitti iuſſit bellí cauſam petituros, monituroſq; ut in Cæſarem præliari deſiſteret

Plus uoluptatis deliciæq; Cæſari, q̃ qui cunq; hoſtes nocuerunt.

Achillę inſcitiam arguit nulla tormenta regię admouentis, qbus facilius Cęſar obrueretur.

Protulit

Protulit in medios audaci margine fluctus
Luxuriosa domus, sed adest defensor ubiq;
Cæsar, & hos aditus gladijs, hos ignibus arcet,
Obsessusq; gerit tanta est constantia mentis,
Expugnantis opus: piceo iubet unguine tinctas
Lampadas immitti iunctis in uela carinis.
Nec piger ignis erat per stupea uincula, perq;
Manantes cæra tabulas, & tempore eodem
Transtraq; nautarum, summiq; arsere ceruchi.
Iam prope semustæ merguntur in æquora classes,
Iamq; hostes, & tela natant, nec puppibus ignis
Incubuit solis, sed quæ uicina fuêre
Tecta mari longis rapuêre uaporibus ignem,
Et cladem fouêre Noti: percussaq; flamma
Turbine non alio motu per tecta cucurrit,
Quàm solet æthereo lampas decurrere sulco,
Materiaq; carens, atq; ardens aëre solo.
Illa lues clausa paulum reuocauit ab aula
Vrbis in auxilium populos, nec tempora cladis
Perdidit in somnis, sed cæca nocte carinis
Insiluit Cæsar, semper feliciter usus
Præcipiti cursu bellorum, & tempore rapto.
Tunc claustrum pelagi cepit Pharon, insula quondam
In medio stetit illa mari, sub tempore uatis
Protheos, at nunc est Pellæis proxima muris.
Illa duci geminos bellorum præstitit usus,

Cæsaris magnanimitas hostium insultibus animose resistentis.

In undas ex naui desilit Cæsar, tali auspicio ingruens periculum uitaturus.

Absultis

Abstulit & cursus & fauces æquoris hosti,
Cæsar & auxilijs ut uidit libera ponti
Ostia, non fatum meriti pœnasq; Photini
Distulit ulteriùs, sed qua non debuit ira,
Non cruce, non flammis, rabido non dente ferarum,
Heu facinus, ceruix gladio malè cæsa pependit.
Magni morte perit, necnon subrepta paratis
A famulo Ganymede dolis peruenit ad hostes
Cæsaris Arsinoë, quæ castra carentia rege
Vt proles Lagea tenet, famulumq; tyranni
Terribilem iusto transegit Achillea ferro.
Altera Magne tuis iam uictima mittitur umbris,
Nec satis hoc fortuna putat, procul absit, ut ista
Vindictæ sit summa tuæ. non ipse tyrannus
Sufficit in pœnas, non omnis regia Lagi,
Dum patrij ueniant in uiscera Cæsaris enses,
Magnus inultus erit. sed non authore furoris
Sublato cecidit rabies: nam rursus in arma
Auspicijs Ganimedis eunt, ac multa secundo
Prælia Marte gerunt, potuit discrimine summo
Cæsaris una dies infamam, & sæcula mitti.
Molis in exiguæ spacio stipantibus armis
Dum parat in uacuas Martem transferre carinas.
Dux Latius, tota subitò formidine belli
Cingitur, hinc densæ prætexunt littora classes
Hinc tergo insultant pedites: uia nulla salutis,

Photinus Cæsaris iussu, & lõgè acerbiore interitu perire meruerat obtruncatur.

Non fuga, nõ uirtus, uix spes quoq; mortis honeste,
Non acie fusa, nec magnæ stragis aceruo
Vincendus tunc Cæsar erat, sed sanguine nullo
Captus sorte loci pendet, dubius ne timeret,
Optaret ne mori. respexit in agmine denso
Scæuam perpetuæ meritum iam nomina famæ,
Ad campos Epidamne tuos, ubi solus apertis
Obsedit muris calcantem mœnia Magnum.

PHARSALIAE LVCANI
non perfectè finis.

SVLPITII CARMINA VELVT
superioribus annectenda.

Erexit mentem trepidi tam fortis imago,
Et facturus erat memorandi nobile leti
Exemplum, sed fata uetant, & fida salutis
Ostendit fortuna uiam. nam læuus amicas
Prospexit puppes, nando quas ausus adire
Et quid stamus ait? uel iam per tela, fretumq;
Eripiar, iuguli uel non erit ulla potestas
Eunucho concessa mei. tunc puppe relicta
Prosilit in pontum. siccos fert læua libellos,
Dextra secat fluctus, tandemq; illæsus amico
Excipitur plausu clamantis ad æthera turbæ.

EIVSDEM SVLPITII QVERELA
de interitu poëtæ opere non-
dum perfecto.

Hoc

Hæc cecinit uates scripturus plura, sed illum
In medio cursu iußit mors dira silere.
Accidit ut cygno, qui fixus arundine carmen
Mille modis querulum, quod cœperat, interrumpit.
Nec phœnix aliter quum sese imponit in altum,
Quem struit ipse rogum, cantus dulcedine mira
Nondum perfectos plaudenti morte relinquit.
Nec secus Ismarijs uates oppressus in oris,
A Ciconum nuribus, superûm dum cantat amores,
Vates Ismarius Orpheus.
Brutaq; cum syluis, & saxa sequentia ducit,
Haud potuit moriens medios absoluere cantus.
Pro scelere, ô superi, cruciat quæ pœna Neronem?
Nero Senecã Lucanumq; peremit.
Num rota? num saxum? num stagna fugacia uexant?
An uultur? pendens ue silex? an feruet in unda?
Illum comburat Phlegeton, lacerentq; ceraſtæ,
Hydra uoret, raptentq; canes, semperq; flagellis
Torua Megæra secet, nec sit requiesq;, modusq;.
Quanto fraudata est tua gloria plena nitore
Corduba, quàmq; minus te Mantua docta ueretur,
Lucanus Cordubensis.
Mantua cui primæ fulget nunc gloria palmæ,
Sed contenta tribus longè læteris alumnis.
Tu uero ô nostrum uates diuine laborem,
Quem pro te subij, non auersate probabis.

HEXASTICHON.

Grandia belligeri cupiens agnoscere Martis,
Prælia, Lucani carmina culta legat.

Tam bene dira canit uiolenti facta Gradiui,
Quàm Cicero placidæ nobile pacis opus.
Optanda est pax alma uiris, Ciceróq; legendus,
Sed quoq; qui scribit bella legendus erit.

M. ANNEI LVCANI VITA EX CLARISSIMIS AUTHORIBUS.

ANneus Seneca è Corduba Bethicæ Hispaniæ interioris prouinciæ ciuitate Romam uenit, statimq; eques factus est, cuius declamationes etsi celebratæ, negligentia temporum ad nepotes nõ peruenêre. Suscepit in patria ex Elbia uxore liberos tres, L. Anneum Senecam, Iuliũ Anneũ Gallionẽ, & Anneũ Melã: quẽ ut minorẽ domi reliquit. Seneca & Gallio Romæ profecêre sub Marulo grammatico, & Cestio Smyrnæo, atq; Asinio Pollione. Mela cũ adoleuisset, iubente patre, rẽ domesticã gubernauit: donatus, ut cæteri fratres, amicitia Cæsarũ equestri ordine. C. Aciliã duxit uxorem Acilij Lucani oratoris filiam, operæ apud prouinciæ proconsules frequentis, & apud clarißimos uiros nonnullius ingenij. Ex ea Mela. 4. Non. Nouembris. C. Cæsare Augusto Germanico iterũ, & L. Cesiano primo Cõsulibus, M. Anneũ Lucanũ imposito soceri nomine genuit. Deinde

de curæ familiaris fastidio, uitæq; quietiori apud fratres uacaturus, cũ octimestri infante Romã uenit, spe rãs per procurationes acquirẽdæ pecuniæ breuius sibi iter fore, quò cõsulibus æquaretur. Cunas infantis, quibus ferebatur, ut de Hesiodo legitur, apes circũuolarũt, osq; insederũt: dulcẽ, & facundũ, qualẽ nũc uidemus, futurũ significãtes. Studuit Luc. Romæ sub Rhẽnio Palæmone, & Cornuto. Ex condiscipulis Saleium Bassum, & A. Persiũ præcipuè dilexit. Neroni, cuius ætas patruo Senecæ cõmissa erat, diu gratus. Quæstor ante ætatem, gladiatorium munus êdidit. Sequenti anno populi fauore in auguratus sacerdotiũ ascitus est, ut Papi. Sta. refert: Romani colitur chori sacerdos. Vxorem duxit Pollam Argentariam Pollij Argẽtarij filiam. De qua Calliope Papinij canit:

Nec solùm dabo carminum nitorem,
Sed tædis genialibus dicabo
Doctam, atq; ingenio tuo decoram,
Qualem blanda Venus, daretq; Iuno,
Forma simplicitate, comitate,
Censu, sanguine, gratia, decore.

Quippe et certamine pẽtaterico acto in Põpeij Theatro, cùm per Clinium Rufum Nero Nioben se pronunciaturũ polliceretur, Lucanus Orphea ex tempore recitauit, coronaq; donatus est. Quare imperatoris inuidiã sibi concitauit. Interdictum est igitur poëtæ foro.

Theatro, & poëtica. De quo Papinius:

Ingratus Nero dulcibus theatris,
Et noſter tibi præferetur Orpheus.

Sperans itaq; ultionem, Piſonianæ in Nerone cõiura tioni, ſed parũ fauſtè hæſit: quod ipſe fatetur, cũ alii Conſilio, iuſſuq; Deûm tranſibis in urbem
Magne tuam, ſummusq; feret tua buſta ſacerdos.
Corpus enim Pompeij niſi extincta Cæſarum familia Romã transferri non poterat. Verùm detecta cõiura tione, nequaq̃ animi conſtantiã præſtitit. Facile enim confeſſus, & ad humilimas deuolutus preces, matrem quoq; innoxiam inter ſocios ream nominauit, ſperãs impietatem ſibi apud impium principem profuturã. Acceptoq; mortis arbitrio codicillos ad patrẽ uerſibus quibuſdã exarauit, largiterq; epulatus brachia ad ſecandas uenas præbuit: cumq; frigeſcere pedes, manusq;, & ſpiritũ cedere intellexiſſet, uerſus pronũciauit, quos per huiuſmodi imaginẽ de milite fecerat.

Sanguis erant lachrymæ, quæcunq; foramina nouit
Humor, ab his largus manat cruor, ora redundant,
Et patulæ nares, ſudor rubet, omnia plenis
Membra fluunt uenis, totum eſt pro uulnere corpus.

Pridie Calẽ. Maias deceßit, Attico Veſtino, et Nerua Silio conſulibus, quo conſul deſignatus cum Plaucio Laterano erat, XXVII. ætatis annum agens. Sepultus in hortis ſuis, ubi tale potuit inſcribi Epigramma:

Bethis

Bethis habet natale solum, est Annea propago,
De genitore Mela dat mater Acilia terris.
Vix luna octonos cœlo confecerat orbes,
Cùm me Roma sui respersit Tybridis unda,
Seruatumq; foro traxit, Phœboq; dicauit,
Hinc syluæ, geminæq; faces, reus inde sagitta,
Orpheus ingrati stimulus, liuorq; tyranni,
Dum ciuile nefas aperit Pharsalia, nostræ
Inuidit famæ Nero, prò, musæq; canentis
Interrupit opus gladio, uenisq; resectis
Assertore sacros maculauit sanguine uultus.
Saturnalia scripsit, syluarũ libros X. Medeã, Orpheũ incendium urbis, incendium Troianum. Oratione sua Octauiũ Sagittam, qui Pontiam confoderat, dãnauit. Pharsaliam non finiuit, cuius tres primos libros cum uxore correxit, reliqui septẽ nostro tempore diligentissimè emendati impressiq; sunt. Est enim uarius, copiosus, sublimis, concitatus, & ut Quintil ait, oratoribus nõ minus, quàm poëtis imitandus: et ipse in præfatione quadã ætatẽ, & initia sua cũ Virg. cõparans ausus est dicere, & quantum mihi restat ad Culicem?

Apud Cornelium Tacitum legitur, Consulibus Silio Nerua, & Attico Vestino coniurationem in Neronem cœptam, & in primis Lucanum Anneum coniurasse, quòd famam carminũ eius premebat Nero, prohibueratq; ostẽtare uanus assimulatione. tum detecta

coniuratione, Lucanus Aciliam matrem suam inter conscios nominauit, promissa impunitate. Sed Nero post mortem multorum, Lucani cædem imperauit: in profluente sanguine ubi frigescere pedes manusq;, & paulatim ab extremis discedere spiritum seruidus ad huc & compos mentis intelligit, recordatus à se carmen compositum, quo uulneratum militem per eiusmodi mortis imaginē obijsse tradiderat: uersus, ipsos retulit, atq; illi suprema uox fuit.

EPITAPHIVM LVCANI.

Corduba me genuit, rapuit Nero, prælia dixi
Quæ gesserē pares: hinc gener, inde socer.
Continuo nunquam direxit carmina ductu,
Quæ tractim serpant, plus mihi comma placet.
Fluminis in morem, quæ sunt miranda citentur.
Hæc uerò sapiet dictio, quæ feriet.

PHILIPPI BEROALDI DE PATRIA, GENERE, & uita poëtæ appendix.

COrdubæ, quæ ciuitas est Bethicæ prouinciæ in Hispania, Annæorum Familia fuit illustris, clara duobus Senecis in primis, unicoq; Lucano. Lucanus itaq; patrem habuit nomine Melam, Matrem Aciliam.

ciliam. Romam adhuc infans à patre perductus, condiscipulus fuit Persij, in poëtica & oratoria eminentissimus. Complura reliquit ingenij monumenta: Orpheum de quo Papinius: Et noster tibi præferetur Orpheus: Syluas, Saturnalia, incendium Troianum, et cunctis clariorem Pharsaliam, quam Papinius cæteris poëmatibus non dubitauit anteponere, excepta Virgilij Aeneide, cui nec subijcit, nec præponit Pharsaliam, ita scribens: Quid maius loquar? ipsa te latinis Aeneis uenerabitur canentem. Lucano plectra secunda lyræ Latiæ ab Apolline data, scribit Martialis Lucanus, ut inquit Quintilianus, ardens est, & concitatus, & sententijs clarissimus, & oratoribus, non minus quàm poëtis imitandus. Vxorem habuit Pollam Argentariam, Polli Argentarij filiam eruditissimam, quam omnibus dotibus fœmineis præditam fuisse canit Calliope Papinij. A Nerone prohibitus ostentare carmina, hæsit coniurationi Pisonianæ, quæ in Neronem duce Pisone insurrexerat in hac deprehensus, accepto libero mortis arbitrio uenas secuit: quod idem fecit Seneca Lucani patruus. Authores Eusebius, & Cornelius Tacitus.

FINIS.

D. MAGNI AVSONII POETAE, VIRI QVE CONsularis, De XII. Cæsaribus per Suetonium Tranquillum scriptis.

AEsareos proceres (in quorum regna secundis
Consulibus dudum Romana potentia creuit)
Accipe bissenos: sua quenq; monosticha signant.
Quorum per plenam seriem Suetonius olim
Nomina, res gestas, uitamq;, obitumq; peregit.

MONOSTICHA DE ORDINE XII. Imperatorum.

Primus regalem patefecit Iulius aulam
Cæsar & Augusto nomen transcripsit & arcem:
Priuignus post hunc regnat Nero Claudius, à quo
Cæsar, cognomen caligæ cui castra dederunt:
Claudius hinc potitur regno: post quem Nero sæuus
Vltimus Aeneadum: post hunc tres, nec tribus annis:
Galba senex frustra socio confisus inerti,
Mollis Otho, infamis per luxum, degener æui:
Nec regno dignus, nec morte Vitellius ut uir.
His decimus, fatoq; accitus Vespasianus:

Et

DE CAESARIBVS.

Et Titus imperij felix breuitate: secutus
Frater, quem Caluum dixit sua Roma Neronem.

TEMPVS IMPERII XII. Cæsarum.

Iulius, ut perhibent, diuus trieteride regnat.
Augustus post lustra decem sex prorogat annos.
Et ter septenis geminos Nero Claudius addit.
Tertia finit hyems grassantia tempora Caij.
Claudius hebdomadē dupliceem trahit: & Nero dirus
Tantundem: summæ Consul sed defuit unus.
Galba senex, Otho lasciue, & famose Vitelli
Tertia uos Latio regnantes nescijt æstas,
Interitus dignos uita properante probrosa.
Implet fatalem decadem sibi Vespasianus.
Te dominante Tito cingit noua laurea Ianum,
Quindecies sæuis potitur dum frater habenis.

DE MORIBVS EORVM.

Iulius interijt Cæsar grassante Senatu.
Addit Augustum diuis matura senectus.
Sera senex Capreis exul Nero fata peregit.
Exegit pœnas de Cæsare Chærea mollis.
Claudius ambiguo concluſit fata ueneno.
Matriq; cida Nero proprio se perculit ense.
Galba senex perijt sæuo prostratus Othone.
Mox Otho famosus, clara sed morte potitus.
Prodiga succedunt perimendi sceptra Vitelli.

Lauda-

AVSONIVS GALLVS

Laudatum imperium, mors lenis Vespasiano.
At Titus orbis amor rapitur florentibus annis.
Sera grauem perimunt, sed iusta piacula fratrem.

TETRASTICHA, A IVLIO

Cæsare usq; ad tempora sua.

Nunc & prædictos, & regni fortè sequentes
Expediam, series quos tenet imperij.
Incipiam ab Diuo, percurramq; ordine cunctos,
Noui Romanæ quos memor historiæ.

IVLIVS CAESAR.

Imperium binis fuerat solenne quod olim,
Consulibus, Cæsar Iulius obtinuit.
Sed breue ius regni sola trieteride gestum,
Perculit armatæ factio sæua togæ.

OCTAVIVS AVGVSTVS.

Vltor, successorq; dehinc Octauius idem,
Cæsar & Augustus nomine nobilior.
Longæua, & nunquàm dubijs uiolata potestas,
In terris positum credidit esse deum.

TYBERIVS NERO.

Prænomen Tyberi nactus Nero prima iuuentæ,
Tempora laudato gessit in imperio.
Frustra dehinc solo Caprearum clausus in antro,
Quæ prodit uicijs, credit operta locis.

CAIVS CALIGVLA.

Post hunc castrensis caligæ cognomine Cæsar,

Successit

DE CAESARIBVS.

Succeßit ſæuo ſæuior ingenio.
Cædibus, inceſtiſq; dehinc maculoſus, & omni
Crimine pollutum qui ſuperauit auum.

CLAVDIVS CAESAR.

Claudius irriſus priuato in tempore uitæ,
In regno ſpecimen prodidit ingenij.
Libertina tamen nuptarum *
Non faciendo nocens, ſed patiendo fuit.

NERO CLAVDIVS.

Aeneadum generis qui ſextus & ultimus heros,
Polluit, & clauſit Iulia ſacra Nero.
Nomina quod pietas, tot habet quoq; crimina uitæ,
Diſce ex Tranquillo, quæ meminiſſe piget.

SERGIVS GALBA.

Spem fruſtrate ſenex priuatus ſceptra mereri,
Viſus es: imperio proditus inferior.
Fama tibi melior iuueni: ſed iuſtior ordo eſt,
Complacuiſſe dehinc, diſplicuiſſe prius.

M. OTHO.

Aemula polluto geſturus ſceptra Neroni,
Obruitur celeri raptus Otho exitio.
Fine tamen laudandus erit, qui morte decora,
Hoc ſolùm fecit nobile, quòd perijt.

A. VITELLIVS.

Vitæ ſors, mors fœda tibi, nec digne Vitelli,
Qui fueris Cæſar: ſic tibi fata placent.

AVSONIVS GALLVS.

Vmbra tamen breuis imperij. qui præmia regni,
Sæpe indignus adit, non nisi dignus habet.

D. VESPASIANVS.

Quærendi attentus, moderato commodus usu,
Auget, nec reprimit Vespasianus opes.
Olim qui dubiam priuato in tempore famam,
Par alijs princeps transtulit in melius.

TITVS VESPASIANVS.

Felix imperio, felix breuitate regendi:
Expers ciuilis sanguinis, orbis amor:
Vnum dixisti moriens te crimen habere:
Sed nulli de te, non tibi credidimus.

DOMITIANVS.

Hactenus odideras geminos gens Flauia iustos:
Cur duo quæ dederant, tertius eripuit?
Vix tanti est habuisse illos: quia dona bonorum,
Sunt breuia, æternum quæ nocuere dolent.

NERVA IMP.

Proximus extincto moderatur sceptra tyranno
Nerua senex, princeps nomine, mente parens.
Nulla uiro soboles: imitatur adoptio prolem:
Quam legisse iuuat: quam genuisse uelit.

TRAIANVS.

Aggreditur regimen uiridi Traianus in æuo:
Belli laude prior, cætera patris habens.
Hic quoq; prole carens, sociat sibi sorte legendi,

Quem

DE CAESARIBVS.

Quem fateare bonum, diffiteare parem.

AELIVS HADRIANVS.

Aelius hinc subijt medijs præsignis in actis:
Principia & finem fama notat grauior.
Orbus & hic: sociatq; uirum documenta daturum,
Adsciti quantum præmineant genitis.

ANTONINVS PIVS.

Antoninus abhinc regimen capit, ille uocatu
Consultuq; Pius nomen habens meriti.
Filius huic fato nullus, sed lege suorum.
A patria sumpsit, qui regeret patriam.

M. ANTONIVS.

Post Marco tutela datur: qui scita Platonis,
Fecit ad imperium, patre Pio melior.
Successore suo moriens, sed principe prauo:
Hoc solo patriæ, quòd genuit, nocuit.

COMMODVS IMP.

Commodus insequitur pugnis maculosus arenæ:
Threcidico princeps bella mouens gladio.
Eliso tandem persoluens gutture pœnas,
Criminibus fassus matris adulterium.

AELIVS PERTINAX.

Aeli iudicio, & consulto lecte Senatus:
Princeps decretis prodite non studijs.
Quòd doluit malefida cohors errore probato:
Curia quòd castras cesserat imperio.

DIDI-

AVSONIVS GALLVS

DIDIVS IVLIANVS.

Dij bene quòd sceleris Didius non gaudet opimis,
Et citò periuro præmia adempta seni.
Tuq; Seuere pater titulum ne horresce nouantis:
Non rapit imperium uis tua; sed recipit.

SEVERVS.

Impiger egelido mouet arma Seuerus ab Histro,
Vt parricidæ regna adimat Didio.
Punica origo illi, sed qui uirtute probaret,
Non obstare locum, cùm ualet ingenium.

BASSIANVS. ANTO-
ninus Caracalla.

Dißimilis uirtute patri, & multò magis illi,
Cuius adoptiuo nomine tu perhibes:
Fratris morte nocens, punitus fine cruento,
In risu populi tu Caracalla magis.

OPILIVS MACRINVS.

Princeps hic custos sumptum pro Cæsare ferrum,
Vertit in authorem, cæde Macrinus iners.
Mox cum prole ruit: grauibus pulsare querelis,
Cesset perfidiam: quæ patitur, meruit.

ANTONIVS HELIOGABALVS.

Tunc etiam Augustæ sedis penetralia fœdas,
Antoninorum nomina falsa gerens.
Reliquum non extat.

FINIS.

BIBLIOTEKA * KOPERNIKA *



I. N. I.

AD DEVM.

Summe Pater verum & superum, da noscere cælles
Ambiguos; animumq́ reple Spiramine Sancto,
Principium monstraas, per quod moderamina legis,
Et verum à falso recte distinguere possem:
Sic tibi Summe Pater, vasto qui præsidis orbi,
Mulla meis parvis prodibit victima sephis.

AD MECOENATEM.

O & præsidium Mecoenas, dulce decusq́,
Sis mihi, quæso, favens Pallas & Lanis Apollo:
Megq́ tuum placido vultu dignare Clientem
Aspicere, atq́ sinu blando me tollere ab imo.
Sic tibi Mecoenas, votivum de more tabellas
Votivas templis figam, gratesq́ rependam,
Donec post longæ durissima tempora vitæ
Expirans animas, ad Coeli sydera migrem.

Vive igitur semper, Mecoenas candide, felix,
Donec suspendent ~~magni~~ æterni pondera mundi.

Poena peccatorum Coecitas.

Si, Deus ad poenam ducit, quos, percitus ira,
His auferre solet mentem primum et rationem,
Inque suas clades ut pergant, obruit ipsas
Magnis tum tenebris, magna et caligine mentis
Quas sibi consiliis accersivêre malignis.

~~Rusticae Vitae Laudatio~~

DEUS SOLUS EST ADORANDUS.

Tu solum justo Dominum venerens honore
Praeterea nulli Thura precesque feras.
Altas nec statuas, vel eburnea signa vereris;
Non aurum, non id, quod dedit ulla manus.
Nam Dominus Dei se vindex ultorque severus,
Nec patitur quenquam nomen habere suum.

Sed sua qui lædit non æquo Numina cultu,
 Fruant et externos angere ipse DEUS,
Hunc simul et sobolem, sobolis serosq' nepotes,
 In quartum pœnis afficit usq' genus.

IN DIEI DECREMENTUM.

Tempus adest illud spatium quo filia Solis,
 Contrahit ecce suum nox et opaca caput.
Umbris circumdat subitas panditq' tenebras,
 Et velo terram contegit atq' fretum.
Interea proles Lumen de Lumine Christe
 Fallaces noctis pelle precor tenebras.
Multa quibus tenebrarum sævus cultor inumbrat,
 Corda tuis flammis irradiare velis.
Irradia flammis rogo pectora, te sine nox est
 Ipsa DIES, tecum nox operosa micat.
Tunc tibi fundemus, pro tanto lumine laudes,
 Lucida dum volvet, lucidus astra polus.

VITA HUMANA ROSÆ SIMILIS,
Hodie frondescit, cras arescit.

Sūmme Pater Mūndi fabricator, Gnate Redemptor,
Cūm Patris et Nati Nūmine Nūmen idem.
Da mihi nosse meam vitam per jūgera rūris,
Esse rosæ similem quæ viret atq; cadit.
Hæc viret, hæc aret, cūm sūrgūnt flamina venti,
Atq; gravi Autūmni frigore tacta cadit.
Hæc animo volvens tandem cognoscere possim,
Tempora sint vitæ non diūturna meæ.
Sūmme Jehova doce me quam brevis orbita vitæ
Hūmanæ sit, nam præterit, errat et abit.
Ut sapiam, Sapiens et ero et rectiq; vocabor,
Si vitæ vitæ noscam tempora parva meæ.

HOMINIBUS NON FIDENDUM.
Noli tū mortali fidas de sanguine natis:
Nūllus mortalis jura salutis habet.

Sunt homines, homines, homini ne fidere noli:
Hoc vetat vicinetes, qui fuit ante cinis.
Errat si fidis mortali: fide Jehovæ,
Quæ fidentem dextra beare potest.

QUÆRITE PRIMUM REGNUM DEI.
Matth. 6. v. 33.

Mortales fragiles non primum quærite nummos,
Quos trepidi fures nocte silente petunt.
Quærite hoc primum toto de pectore regna
Cœlica, hinc vobis adicient opes.
Quærite per verbum, quod rerum vincit honore
Et superat pretio cuncta rebella suo.
Quærite perpetuam sacri baptismatis undam,
Mensa ubi divinæ pocula plena dapes,
Quærite per fidei flammam, quæ pectora firmat,
Et nos acceptos efficit ante Deum.
Regnum quærentes hæc, pie ubi gratia regnat,
Invenient tandem cœlica regna, Patris.
Semper ubi requies est, ac æterna voluptas,
Splendor perpetuus, gloria, dulcis amor.













































AN Alexander a Stoss.

ANNO MILLE
simo Quingentesimo & Sexage
simo quarto die Lunæ Post
Jubilate 24 May depositi
Cormiâ Lipsiâ in No.
uo Collegio.

Adfuerunt M. Zymmer.
Depositor nomine Adam Zimerman.
Eodem tempore Rector fuit Victorinus
Strigelius sub cuius Rectoratu inscriptus est.

BIBLJOTEKA KÓRNICKA
14006